



## Informazioni su questo libro

Si tratta della copia digitale di un libro che per generazioni è stato conservata negli scaffali di una biblioteca prima di essere digitalizzato da Google nell'ambito del progetto volto a rendere disponibili online i libri di tutto il mondo.

Ha sopravvissuto abbastanza per non essere più protetto dai diritti di copyright e diventare di pubblico dominio. Un libro di pubblico dominio è un libro che non è mai stato protetto dal copyright o i cui termini legali di copyright sono scaduti. La classificazione di un libro come di pubblico dominio può variare da paese a paese. I libri di pubblico dominio sono l'anello di congiunzione con il passato, rappresentano un patrimonio storico, culturale e di conoscenza spesso difficile da scoprire.

Commenti, note e altre annotazioni a margine presenti nel volume originale compariranno in questo file, come testimonianza del lungo viaggio percorso dal libro, dall'editore originale alla biblioteca, per giungere fino a te.

## Linee guide per l'utilizzo

Google è orgoglioso di essere il partner delle biblioteche per digitalizzare i materiali di pubblico dominio e renderli universalmente disponibili. I libri di pubblico dominio appartengono al pubblico e noi ne siamo solamente i custodi. Tuttavia questo lavoro è oneroso, pertanto, per poter continuare ad offrire questo servizio abbiamo preso alcune iniziative per impedire l'utilizzo illecito da parte di soggetti commerciali, compresa l'imposizione di restrizioni sull'invio di query automatizzate.

Inoltre ti chiediamo di:

- + *Non fare un uso commerciale di questi file* Abbiamo concepito Google Ricerca Libri per l'uso da parte dei singoli utenti privati e ti chiediamo di utilizzare questi file per uso personale e non a fini commerciali.
- + *Non inviare query automatizzate* Non inviare a Google query automatizzate di alcun tipo. Se stai effettuando delle ricerche nel campo della traduzione automatica, del riconoscimento ottico dei caratteri (OCR) o in altri campi dove necessiti di utilizzare grandi quantità di testo, ti invitiamo a contattarci. Incoraggiamo l'uso dei materiali di pubblico dominio per questi scopi e potremmo esserti di aiuto.
- + *Conserva la filigrana* La "filigrana" (watermark) di Google che compare in ciascun file è essenziale per informare gli utenti su questo progetto e aiutarli a trovare materiali aggiuntivi tramite Google Ricerca Libri. Non rimuoverla.
- + *Fanne un uso legale* Indipendentemente dall'utilizzo che ne farai, ricordati che è tua responsabilità accertarti di farne un uso legale. Non dare per scontato che, poiché un libro è di pubblico dominio per gli utenti degli Stati Uniti, sia di pubblico dominio anche per gli utenti di altri paesi. I criteri che stabiliscono se un libro è protetto da copyright variano da Paese a Paese e non possiamo offrire indicazioni se un determinato uso del libro è consentito. Non dare per scontato che poiché un libro compare in Google Ricerca Libri ciò significhi che può essere utilizzato in qualsiasi modo e in qualsiasi Paese del mondo. Le sanzioni per le violazioni del copyright possono essere molto severe.

## Informazioni su Google Ricerca Libri

La missione di Google è organizzare le informazioni a livello mondiale e renderle universalmente accessibili e fruibili. Google Ricerca Libri aiuta i lettori a scoprire i libri di tutto il mondo e consente ad autori ed editori di raggiungere un pubblico più ampio. Puoi effettuare una ricerca sul Web nell'intero testo di questo libro da <http://books.google.com>

KI  
8.












Monasterij S. Crucis Augusta.

ATLAS  
MARIANVS  
SIVE  
DE IMAGINIBVS  
DEIPARAE  
PER  
ORBEM CHRISTIANVM  
MIRACVLOSIS  
AVCTORE  
Guilielmo Gumppenberg  
e Societate IESV  
LIBER III





# LECTORI.



Venisse omnia,  
reddere me ratione  
nem aperte, cui  
post plurimorum  
meum incautum incep-  
tum hanc dissidientia miraculo-  
serum imaginum B. V. centuriam  
typis producam. scilicet Lector, plu-  
res me fratres more habuisse con-  
fas: ex omnibus duas affero.

Prima est, quod velut post Sige-  
zium ad iurisdictionem Apollinis ex-  
ponit Libuerit. quae mundi aurâ  
Norma. At hoc prodireat, non qd. alu-  
tare, aut comparare, quæ vnde cum ijs,  
qui autem moles manu, dextrorunt, poi-  
dem apud nos diluit, sed ut tempus  
daretur, ut operari possimus, quo me  
mentiri hinc securi spectem, sed qua-

A

tum

tum scriptis litteris corrigerent; si quā invitus calamua exterrāisset, non ignari, cōcūm me in omne id lecti, quōd Deiparæ Virgini tribuitur. Et sicut accēpi hac super re ē diversis regionib[us] plurimas, qui bus amici monnere non multa atque inter h[ec] paucā sapere, quas olim in editione maiors, si D[omi]n[u]s aperuerit, observanda erunt. O[mnia]m penē vna vox, pergerē ab d[omi]n[u]o, & orbi Christiano hunc laborem darem. Veilitatem insuper multi excollebant, quā frui etiam eger potest, quando sic lecto defixus sine impensis atque in cōmodo itineris, potest quamvis statuam. Deiparæ Miraculosam vifere, & mentum de ipius origine discere, quantum vix pauci peregrinorum in loco ipso intelligent.

Faēte, qui sperarent, illos etiam non parēm lectio[n]e h[oc]um histo-

giarum

riarios profecturos, quos sublimis  
 misit Ascensio cælo admovet; & de  
 his sententiam dicere coguntur, qui  
 patientur divina, vel certe se pati  
 putant, qui visionibus, seu veris,  
 seu falsis acti, dicunt & predicant  
 multis supra caput alta, plerisque  
 que incredibilia. - Lucem dabunt  
 diversissimi hominum, quos etas,  
 mores, peritis, non parum distin-  
 guunt, quibusque B. V. alloquio seu  
 dignata est, qui tandem fidem ex-  
 gunt raro, saepius nullam reperire.  
 Insuper non vanis argumentis at-  
 prehendunt, sermocinationem  
 non matti mindis quam filio cum  
 simplicibus esse, contra quam mul-  
 ti volant: ad hæc eos, quos super-  
 flua scientia inflat & divites facit,  
 dimissos inanes cunctatores ali-  
 quando non cunctanter punitos.

Altera tanta morte causa fuit,  
 quod experiri libuerit, num quis

piam prodiceret, qui hoc argumentum pio certamine mihi praetiparet, iavitatus & incitatus exiguo scripto, quod, sub titulo Idem Atlantis Marianus anno milles sexcentes, quinquages, quinto Tridenti typis dedi, & ad omnes Provincias Europas non exiguo numero misi. Et quoniam in circa diversis regionibus non raro Imagines Deiparae Miraculosas, nonnulli quam origines haec occasione permuti typis dederint, privata ratione hanc sunt, & particularia. Qui omnium Nationum Europae Universas imagines B. V. Miraculosas produxerent, haec enim vidi neminem. Ceterum quisquis hoc in se suscepserit, page mea id facturus est. Budemus enim est ut dixi lib. I. ipsi pref. quod mea haec copata desiderat, vel ut vel prece ad hunc librum exsisteret. Posset forte sub alio

## LECTORI.

5

alio B. V. honorifico titulo quic-  
piam libros scribere, & his libertum  
alium adiungere, de varijs labor-  
be Miraculosis templis & imaginib-  
bus Marianis; in eoque omnibus,  
qua in Idea Atlantis Mariani, anno  
1635. Tridenti typis dedi, supposi-  
so meo nomine prope ad verbum  
describere, additis eorum nominis  
bus quos ego isto crevi, quia eas  
origines ad mea perscripsimus.  
Hunc latrem haborem ut non pre-  
dens fraudabim, quia alio non possem  
vendere, non in convestitus est, nō  
fame factura, quae cum magistris  
ad esset ei, qui mea pro saepe veni-  
tare, quod magnifice illius modum  
per omnes Europas provincias, si  
non cognitus, certus sis est. Mihi  
quidem honorificum esset, si quic-  
piam Vir doctus, & editis libris per  
orbem natus, dignaretur ea suis o-  
peribus, & suo nomine inscribere,

A 3

que

que ego nullâ stili curâ , paucis diebus, ideo solum concessi, ut ideam lectori darem securorum librorum. Non defuturos tamquam existimo per provincias, quos insolens factum percellat, quique ministrari hinc, se ab eo pro testibus tam confidenter citari, à quo nup̄ quam per litteras hac super re interrogati sunt. Ego quia è pluribus provincijs varia monentibus fideliter parui, expertus sane, non ingratum fuisse laborem meum, quando sc̄i qui anni spacio è novem penè millibus exemplarum, sex omnino milia in omnes Europæ provincias centuriatim penetrabant. Hac non ita velim à me accipias, quasi meas, non Deiparae laudes adorarem. Materia superavit opus. Quis enim non liberter de Virgine Deipara audiat, legat, intelligat, præfertim èm peregrina.

ACC

# L E C T O R I .

3

Nec omnibus nota afferuntur?  
 Non mihi, non mihi, O lector; sed  
 Dominoꝝ tuꝝ, atque meꝝ da glo-  
 riā, si quid bani tibi māea folia  
 porrigit. Si quandoq; nominaꝝ  
 similitudine ex pago urkem facio,  
 vel siquid aliud tibi minās gratum  
 occurrit (nam errores typographi,  
 quia absens, meos non facio) id  
 mihi invito calamus dedit. Parce  
 humanis casibus illius, qui vna te-  
 cum nihil à se alienum putat, quod  
 humanum est. Interea Virginem  
 ora, vt calamum meum ad glo-  
 riā suam; & gustum tuum, quan-  
 do iste cum illa coniunctus est, di-  
 rigat; vivāmque ego, iam non  
 ego, vivat vero in me  
 M A R I A .

mos (o) gos



HISPANIA

I.

IMAGO B. V. MIRACULOSA  
DE QVADALVPE.



Vadalupanam magni nominis Imagine cum sua origine scripturus ad saecula Maurorum structionibus Antiquiora respicio, & Extremaduram Regni Castellaz Provinceiam, Lusitanie conterminam, & cojus finibus Quadalupi vigilanti non omphias leucis distat. Quae de hac Imagine, & litteris tradita sunt, & perpetuâ plurium factorum fide confirmata, nemo in dubium vocaverit.

Est inter Divos nescio quæ sympathia, & actio quædam animorum In distans, non Philosophis modo, sed omnibus huius mundi sapientibus procul iacognita, & velut





De QVADALVPE.

Iut perpetue, que inter eos facta  
est, in calis amicis pignus. Hoc  
Gregoriam Magni Nominis Pon-  
tificem ita Leandro Hispanoam  
Episcopo iungit, ut & cor tuum,  
& animam unam habere credentia-  
tur, nullis locorum inservallis di-  
strahendam. Commendant etiam  
cirroque frequentes epistolas, quin  
etiam libri. Etenim ab Leandro  
voto decesserat Gregorius, Commen-  
tarios in Job inter paroxismos febre-  
ris clucubravit, atque ad Amicum  
Leandrum Hispanum usque misse.  
Et nec sine munere alio tuncum mis-  
sus Amico venirec, addidit. Discipu-  
li imaginem veneranda aequi-  
tatis, ac iunctus genitioe miraculis  
percepit. Cetera portavimus finis-  
se vnde cum vobis ibas narem, quae  
libres rebaberat, monosacra, nisi sibi  
certos rebus eadem non omnes had-  
dissent. Spurio communis hanc. Impe-

A S gine

gine in genua prostravisset, deinde  
etiam contra spem in spem crexis-  
set pacatoris culti, cuius Reginam  
in hac Imagine venerabantur.

Imaginem à Magno Gregorio  
missam, & Leandro Hispanensem  
oraculo donatam, nemo fuit, qui  
non eum desiderio operiretur. At  
verbū ubi ē nauis intellectum est,  
nauis navis periculum, & repen-  
tina alieno tempore malacia, quam  
exorsa à pereuntibus Virgo dede-  
ret, crevit in animis reveratio, &  
imago sacra cultum, quem meret  
baser, maiorem accepit, dum Hi-  
speciem Manci inundarunt, quos  
suum favori honora Horum cura tan-  
tum chefauorum subduxit, acque in  
proxime rupis caverna vna cum  
illis Fulgentij, qui Leandro  
frater fuit, & campanā quadam ab-  
scendit, adiunctis, quæ etatem fer-  
erent, certius locatio; quaque, si  
quae

quem specus iste nancisceretur in-  
uentorem, scire facerent, quantum  
thesaurum reperisset. Sex omnino  
saculis latuit: quibus exactis, id  
est, quarto ab hinc seculo Deipara  
reddere Hispanie iconem suam fra-  
tuit, &c, qui haec refoderet, pre-  
omnibus alijs pastor placuit. Ite-  
non filio tantum; sed & matri ser-  
mocinatio cum simplicibus est.  
Visi non raro sunt celestes folgo-  
res, qui earecta specie accessum  
impedientia irradiarent, non pa-  
rum mirante novello Mose tam in-  
nocuam flamمام. Dum demum  
ipsa Virgo inter radios non sine  
horrore intuentis conspecta homi-  
num fuisse, ponere metum subcep-  
& Cazernais civibus suis monitre-  
re specum, quamque in eorum per-  
tari essent icones Virginis num-  
ciale. Quata tu mihi, inquit Vir-  
go, ac cives tibi fidem non haben-  
t?

A C

bunt,

burat faciet pupulus tuus, quem  
 ubi domum rediret, non sine ad-  
 miratione reperies vitam fundam, & a  
 cuius contolumenit. Ille, ille, in qua,  
 ubi, illisque fidem faciet, quando  
 cum tibi, illisque sicut, famili-  
 que sibam. Tardus duxit ab cre-  
 dendis bubulibus, istae dedicatis  
 summis cordis optime lumen: etenim  
 paulò autò translati bovie artibus  
 disseminatio intenuit ascere sibi  
 brachium sefit, & operi faciendo  
 impat. Sic fidem doctus eredere  
 capia, & eam sibi brachium rece-  
 pit. Nec item possitur Ca-  
 zeram properat, qui viderat, quæ  
 quo studierat contribubibus suis  
 exponit. Siderati pectoris mar-  
 tie, & restitutis pristino vigore  
 brachium, & ante omnia redire tuo  
 personam difficultas semper ardet,  
 quibus in cunctis iugulis. Dicibus  
 tamen coquimur aperte, sicut apre-  
 parto.

partere, quæ non natura, sed publica  
licet fugientibus munera posuerat.  
quæque amorem quo dñm iudicau-  
erat. Hæc ubi contis, vedi bñsque  
revoluta fuisse, patuit aditus in a-  
dita tot iam seculis ignorata, quia  
clausa. Reperta est cum litteris  
Imago, & ponè veneranda S. Ful-  
gentij ossa, &c, quam supramemo-  
ravi, campana.

Quis populi sensus, quāmque in  
Deiparae cultum prona fecerit Ca-  
zzerensium pietas, facillum testa-  
tur, quod quamvis non alia steterit  
materiā, quā in ligno, & pluvie non  
nisi spongioso subere tegularum  
locū ascenderet; in hoc tamen pe-  
steris exemplum memorabile re-  
lictum est, quod statim & ijsdem  
ponè instrumentis, quibus terram  
fodessine, modicabac meles Ævo-  
niæ cœsitis ponè, quatenus creverit.  
Avita maculae pietas propterea  
ite.

T<sup>4</sup>. **LIBR. V. M.**  
secretis è celo beneficia fecit, ut  
Rex Alfonsus undecimus rem-  
plum ferueret, operis venusti, &  
populorum accurrentium capax,  
sacerdotique, ut posthac sacerdotes  
de censu viverent, quos hactenus a-  
luerant præ largitiones. Ioannes Re-  
gum Castiliae huius nominis pri-  
mus Patribus S. Hieronymi lo-  
cum tradidit: sub quibus una cum  
populorum pietate adeo etiam  
thesauri creverunt, ut non modò  
peregrinis, quorundam illuc sua  
trahunt vota, beneficia; sed etiam  
quod occulatus testis, & fide dig-  
nus ex ipsa Hispania mihi perscri-  
psit) thesaurus templi fidem spe-  
ciantium supereret. Quod vafist ar-  
gentis, auræisque, donarijs quo-  
que gemmatis, & opulentæ artis,  
sacerdotum, altariumque indu-  
mentis abundat, cum pluribus  
fortassis templis Deiparae commune  
habet.

habet. Id singulare, quod sacerdotes  
 spacioꝝ luxus argenti in omnes  
 etiam vestimenta templi huius suppelle.  
 Utilem ita abiecere, ut præter alia  
 etiam hostiles scoporum, & ipsum  
 vas, quo aqua purgando templo  
 hauritur, argento probato conficer,  
 ut Salomonis scacula si non aurea,  
 certe argentea redire, saltem in  
 memoriam, spectatoribus queant.  
 Sacra statua, si faciem species, ni  
 gra est, quantum Æthiops esse  
 potest: ceterum divinum quid  
 spirat, & intuentibus inspirat, ve  
 vel procerissimum quisque fuisse, quem  
 auri sacra fames accire possit, in  
 pietatem molliatur, & lachrimas,  
 atque ex solo sacra iconis intuitu  
 ad confitendum, quod defi  
 gnaverat, flagitium com  
 pellatur.

... Ita ad me R. P. Christopherus Fr. mandon de Arcedo ecclesiasticus ex urbe Antiqua scripsit hanc imaginis historiam Michael de Falera lingua.

*Hispanica. Facit quoque men-  
tis etiam Felix. Aſtoſi.*



ILIMA-





**IMAGO B. V. MIRACULOSA.  
DE REGULA  
LEGIONE.**

**N**ullo veritatis periculo credita semper est hęc sacra statua una ex ijs esse, quas Hispanarum pietas Maurorum furori subduxit, terraque tanti per depositi situ concredidit, reddendam, cùm tempestas hac iconoclastica deferuerisset. Ita non multo minus sepe ingentis annis nullo illorum saeculorum fractu latuit in annum usque millesimum trecentesimum trigesimum, quo inventor repertus est rante thesauro dignus. Fuit is Canonicus Regularis Templi Cathedralis Legionensis; Haic enim appareas Dei para, & locum monstravit, & statuam, quam reperturus esset, digniore loco collocare jussit. Amore igitur celsite, non adeo magni operis

ris fuit statuam reperire. Non  
commisit Hispana in Deiparam piet-  
as, quin staret sine mora templum  
ad seculi illius morem pervergu-  
stum, & pro Canonicis Regulati-  
bus, qui statuā sacram celebrarene,  
non incommodum Canobium.  
**Quod** tamen à Cathedrali suā Le-  
giōnensis, quæ descendens non erat,  
locus iste maiore intervallo dista-  
get, quam ut veraque situ, quo  
quæque merebatur haberi posset;  
nam ob causam deniq; , apud spon-  
te cedentibus, locus omnis cum  
8. statuā cessit eiusdem D. Augu-  
stini Eremitis, iugularis adhuc, qua-  
cum suo tempore thesaurum hac  
in statuā habienti esset. Etenim  
Hispani sic Deiparam pietate suā  
piam esse in se fecerunt; ut hodie  
inter maximè prodigiosas totius  
Hispanie, quia dixerim, totius or-  
bis Christiani habori possit.

Iowa

Jam, lector, statuē huius porten-  
sōgissimæ originæ accipe, Testimo-  
nium veritati prohibet inimicus  
veritatis & osor Virginalis inter-  
amoës primus. Testimonium in-  
amicis si bene memini, duplex est;  
& persecutoris, multorum opini-  
onem, etiam triplex: ita in ore  
duorum triumve stare non ini-  
quis legibus dicitur, quod vel vno  
tali teste nititur.

Anno 1630. prima die Iulij per-  
ducta ad S. statuam est Maria de  
Roca energumona, quam demo-  
num legio integra iam dudum mi-  
serà possessione premebat. Huic  
tribuauit ritibus Ecclesiz, per Chri-  
sti servatoris merita, statu origin-  
alem edicere jussus, denique etiam  
caelitus est. Afferuit is olim in ur-  
be Tagastensi D. Augustini jussu  
sculptam opere Africano ante mil-  
le, centum, & nonaginta quatuor

annos, & sex dies, cultam ab ipso-  
met Augustino, dum vivebat, im-  
pensè. Is, inquit, sub mortem suis  
imperavit, ut quando Arrianus  
cum Vandalicus Cataclismus jam-  
jam orbi Christiano superventus  
tus averti amplius nequirit, cum  
cereris templi Hipponefis cimelija  
tante tempestate statum quoque  
subducereat. Ultimâ defuncti pa-  
rentis voluntate sacrosangstans  
dubuit Preses Cyprianus Diaconus  
& clarioribus vatis, & sanctis.  
Evadit cum Thesure la Hispaniam,  
huncque in loco incerte fage termina-  
num reperit apud sub instituti reli-  
giosos, quos commodum hic in-  
venerat, ipso meridie diei, quo fel-  
icitum visitationis Deiparae nunc Co-  
lebramus. Hic ipsa imago & pri-  
mitivis horribus restituta, & novis  
aucta stetit, dum Mauris subtra-  
henda esset. Hic enim vero, loco

vix

vix curiosis suspecto, à Fratre quodam Simone terre tantisper mea, data est, dum Mauritius fuxor quiesceret. Ibi à Canonico D. Augustinis Regulari reperta sexaginta, quatuor annis, quinque mensibus, diebus viginti, hora vix, in eorum potestate manus, usque dum ante ducentos triginta duos annos suc- cederent Cadonicis Eremita eiusdem Patris discipuli iustitiam Nepo, tis. Hec quidem à dominis dictis ut siue non tam à circumstantiis, his usque adiutoriis & cedibus sunt. Suspecta, ut sic, iniicio omnia, vel in subornatione fraudem vel tur- batæ mœcijs syncopen reijee- bant, dum deinceps exhibicte juriis Ecclesiastici securissimam formam in exactam vocata approbatasunt. Vnum, quod ambiguous rebus in- ter alia fidem fecerat, fuit, quod Energumenas obligatis fasciæ oscu-

Hec iussus est dæmon locum accedere, qui sepultam tandem imaginem custodivisset. Ad hæc concitatissimo gressu & viâ rectissimâ ipsa est locum accedere Energumenâ, ipsoque in vestigio consistere. Quod iteratis vicibus cum factum est, non difficulter apud eos res humili invenit, quorum examini commissa est. Energumenâ paucis post diebus, & à febri, quâ laborabat, & ab hospite importuno repente liberata est, & robustæ valetudini restituta. Utique postquam ei Deipara sub tectis memoratis statu scemate visendam se prebuit. Haec Deipara theatromaturgicam iconem, preter antiquitatem, etiam locus memorabilem facit, quem ipsa elegit: eâ enim orbis parte nunc colitur, unde in omnes quatuor orbis partes (ut quidem Hispani aijant) prospectus patet,

argu-

argumento non vano, orbis totius  
dominam & esse, & haberi recte.  
Accessus nemini non facilis est,  
cum inter Sanlucarem (olim por-  
tum Luciferi) & Rotam civitatem  
in Provincia Andalusiæ in ipso Oa-  
ceani littore compleat sic Mons  
chorum Cœnobio insigne; quod  
ut dixi, D. Augustini Eremita in-  
colunt. Et hinc Piratae Mauri, Tur-  
cae, aliquæ non raro exorsiones  
faciant, thesaurum, quem gra-  
dem esse non ignorant, direpturi,  
nunquam causen in hanc usque  
diem vel ostium cœnobij, nedium  
templi, reperire potuerunt. Angelis  
nimis templo Regiaz sue offi-  
cium facientibus, quod elius adi-  
bus Lothi præstiterunt in Sodomis,  
concupiscentiam oculorum caci-  
tate plectentes. Quin factum mihi  
certa fide scribitur, ut nonnulla  
quam, fidelerorum iustas, rayum  
quo...

quoque suarum incurij, cœnobitis cederent in prædatâ.

Nulla sere classis est, quæ non singulariter aliquod beneficium inter annis pericula huic Divæ referat acceptum, sedque apparet eontra stetutam ab humate. Nulla novis, quæ ad coespectum ædis sacrae Dei, parata non salutis explosis temeraria. Atque ut fuerint nonnulli, quæ festinans hunc plausum ad superstitiones refensione honores, negligenterq; suorum nomen etiam, ac quod haec ipsæ carcer, quæ specie negligenterq; culpas peccatum aufragio luctans. Anglo-Pirensi in animo fuit carmentis omne quæcumque debito templo profanare. At vero eos nam quædam nocturni, prius ipse accensit, pyro pulvrose cum Nasus suis, siveque omnibus maxime alienante studiis à Reginâ cali fuit dimicatus, quæcum primam è machina apilam evibraret. Hanc

Hanc relationem unam cum icoна  
ad me misit R. P. Christoph. Fernan-  
dez de Acevedo. Historiam omnino  
typis edidit Nicolaus à S. Mariâ: è  
D. August. Eremitis, Hispali 1645.  
mentionem quoque facit Ludovicus  
Torellj de vita PP. August. Erem.  
Centuria. 2. super Italicâ.  
linguâ editus.



## III.

**IMAGO B. V. MIRACULOSA.  
DE REMEDIIS.  
CORDVBÆ.**

**N**on iam amplius rideant nos  
veræ fidei hostes, quod Galba-  
lici Deiparam appellemus Arcam  
fœderis, quando ipsius eius ico-  
nes statuasq; eo habent loco, mo-  
dique erat, quo arcem Phili-  
stæi pretium ex inutili theatro fa-  
turi.

Adhuc Corduba Maurorum Im-  
perio premebatur, & captivi Chri-  
stiani diro barbarorum servituti  
addici libertatem suspirabant;  
cum vni eorum inter nocturnas  
preces suam patriæque calamita-  
tem Deipare impensius commen-  
danti ipsa Virgo se visendam præ-  
bet, & submoto, qui hominem cor-  
ripuerat, primo terrore; erige-  
in.

3





inquit, animum fili, brevi efficiam,  
 ut & Corduba caput erigat, ju-  
 gumque Maurorum excutiat. Si  
 fidem aut verbis meis, aut oculis  
 tuis non habes, faciam. Statuam,  
 quam Hispania vniuersa thesauri  
 loco habitura est, praedium domini  
 tui habeat. Hoc ubi accesseris ad  
 montes vicinos gradum flecte, &  
 frondosas arbores, quæ cespitem  
 omnium pulcherrimum insidens,  
 accede, terramque fode. Statuam,  
 quanto reperturus es, thesaurum ea-  
 pe recuperande brevi Cordubæ.  
 Ille dubius, vigilanti hæc, an dor-  
 mient raccidissent, sijs narrat, quos  
 eadem fortuna isab' eodem heru-  
 vinxerat. Audita hæc proniori-  
 bus, quam ipse existimabat, suri-  
 bus, animos in spem erexere futu-  
 ra libertatis. Commodum acci-  
 dit, ut postea statim luce ab hero  
 minitentur in praedium ad opus.

Illi preter morem, ad imperium  
alacres currentibus, quām canti-  
bus propriores ad predium perve-  
niunt, longè aliam fissionem fa-  
cturi, quām dominus imperasset.  
Nec magno labore, & locis, queas  
Virgo indicārat, inventus, & ex-  
humata Imago venustissima appa-  
ruit. Quotquot aderant iam ge-  
minatā lētitia alacriores, iam se-  
vix meminere servos. Iamq; Ma-  
zos præcipiebant mente ad inter-  
nacionem cæsos, liberamque à ser-  
vitute Cordubam. Sed quid, in-  
quit unus, de statuā faciemus, quæ  
causa nostra lētitiae est? Templum  
nullum, nullus qui eam curet aut  
fæcet, aut ædificat. Ergo ne ite-  
sum condenda, quæ vix eruta est.  
Dum missant, dum deliberant, ad  
herum fama derulit inventi the-  
saui arcannum. Ille ad volat, dum-  
que nil præter statum videt, sta-  
team.

tuam tamen vſt fundi suam, & cap-  
tivam fecit, vt pote quæ lytrum  
cæteris captiuis liberalius esset sa-  
lutura.

Sunt ex Hispania Sanctissimæ Tri-  
nitatis Religiosi Patres ; quibus à  
mercede ideo nomen est, quod ex  
institutiſoi regulis vndeque pecunias  
conquirant, quas in Africam usque  
deferunt, Christianis apud Turcas,  
ac Saracenos captiuis redimendis,  
magno veræ charitatis arguimento,  
Hi S. statuam apud Saracenum ca-  
ptivam licitantur, mōxque porre-  
do pretio, quod barbarus indica-  
verat, redimunt atque in libe-  
tatem asserunt, quam ipſi quoque  
vnde euin tota Corduba summa fi-  
duciā à Virgine expectabant. Et  
vero etiam non multo post Rex  
Ferdinandus, quem Hispani San-  
ctum vocant, sub Annū 1236.  
siegiis Mauris Cordubam summafe-  
cisse dicitur. B 3

cit. Intellectā deinde S. statua admiranda inuentione, dictæ Religionis Patribus fundum cum censu attribuit, qui in templum, & domum religiosam suffecit. Statua ipsa novis semper honoribus culta denique Majestatem, quam hodie videntur, propter ingentia miracula consecuta est. Frater Robertus Guinavi Ordinis de mercede Generalis, libro, quem anno 1486. edidit, de scipso refert, cū ab Africana certa profectio[n]e, pro captivorum liberatione obeunda gravissima febris distineretur, s[ic]que Deiparae de regula commendaret, visam sibi Deipatā jussisse, cōfessim è lecto surgebat, atq[ue] itineri se acingeret Africā versus, unde sanus salvusq[ue] peracta feliciter redēptione effet redditus.

Ita P. Franciscus Bernardini d. S. Anselmo in Epitome redēptionis, Elypon S. statua unā cum his narratione misit ad que R. P. Christoph. Fernandez de Acevedo.





## GALLIA,

IV.

IMAGO B.V. MIRACULOSA  
DE LÆTITIA LAV-  
DVNI.

**M**agna semper virtus, famaq[ue] fuit Regum Hierosolymæ: quos brevi serie post se Magna Ballionius transiit. Hos inter Fulco Antegayensis Baldinum secundum secutus est. Fuit is Herorum non post regis, & quem acti militaris ingens opinio per omnem Europam celebrem fecit. Traxit tanta Virtutis fama multosq[ue] Picardis, multos è Gallis in spem retinendæ adversus Saracenos Hierosolymæ. Quos inter fuere tres passi viestate, quin & eodem sanguine nati prænobiles adolescentes.

Hic reliq[ue] cum gentilitiâ deora inter lacrimas Matre, ad sanctiéra

conversi consilia, cùm D. Joannis militari cætu, (cujus & ipsi pars non minima erat) laborantem sub Saraceno Hierosolymam defensuri & vitam, quando sic opus erat, pro Christo inter fortia facta daturi. Interest Heroum nomina posteritate non ignorare. Primus itaque & maximus Natu, de Heppe; alter, de Marchaia, à gentilitijs bonis nomen traxere, agri hodiernum à diem plus à dominorum virtute, quam à fertilitate sua celebres. Tercij fratris nomina, quia ad me perscriptum non est, non habeo dicere. Multa, ut sit, conserta cum Saracenis prælia vtero citrèque dedere victoriam. Infelix illud fuit, quod ternarium hunc Heroum exercitus in iudeias, & captos fratres invicula compedit, ipsa in Cairo urbium hodie maximam.

Sultanus Iuveau primò Nobis  
Iem

leuindolem, quæ utique regiam  
squalore non potuit, deinde etiam  
militarem virtutem miratus est; &  
tales cum essent, suos esse optavit,  
& sibi in perfida Machometi fide  
non dispares. Tentavit hoc non  
minoribus promissis, quam minis;  
sed illiminiis, & quod amplius est,  
promissis fortiores Christo, quam  
in baptismo dederant fidem tenue-  
re illibatam. Ille contra ad peiora  
verus confilia ipsam filiam suscep-  
tum invictum illis terris for-  
matu pueram Iuvenum amori pro-  
sticuit, credidit barbarus malefusad  
puellæ formâ molliji animos pos-  
se, & sibi conciliari, ignarus chri-  
stiani roboris. Et vero virtus for-  
tè vauis hoc in assulto defecisse,  
virtus tamen trium, & quidem  
coniuncta duravit, & quia Nobilis  
in ignobilem, & barbaram incidis-  
etiam fortior fuit. Ita de pueris

venustate multa, quam penè solenniter  
 habere int' votis jussit Mahometusq.  
 Aibi contrà de Deipara Virginis  
 pulchritudine summa, ingenti poten-  
 tia, nec minor in suppliciis pica-  
 tate plena inferabantur, dum demum  
 illa fidei mysticis iuncta fidelior  
 Adolefus oribus evasit, quām Patri,  
 Christo, quām Mahometo. Ante  
 omniam tamē visendæ Deipara de-  
 fiderie flagrabat Imericia. Illi Ma-  
 hometis omnipij scelestam fidem ob-  
 stare causati sunt. At verò cum  
 Imericia iam se voto Christianam  
 affereret, & effigiem saltu tanta  
 Divæ affliction postularet; maxi-  
 mus Natus scalprum poposcit &  
 malicum, statuēque Deipara se-  
 factus spopendit, si truncū quo-  
 que operi aptum esset alhetura.  
 Ceteri imperio artifici non sine  
 iugio obsecere celeritate affe-  
 ctantur, quam auctum didicis-

scit.

set. Ille Deipara presentem opem  
 præfigens bono animo esse jussit  
 fratres. Interea Deipara suorum  
 inde fiduciâ iavitata nocte concu-  
 bia visendam se juvenibus inten-  
 cœlestes fulgores præbet. & laudatâ  
 eorum constantiâ probatâque fide, p  
 statutum, quoniam genitorum cœlestium  
 quispiam è ligno sculperat, tradit,  
 quâ Ismeria desiderio fieret satietate  
 Redux priuato diluculo in carcerem  
 Ismeria, vistâ virginis statuâ longè  
 maioribus se delibytâ gaudij sed-  
 fit, quâm vel ipse lector cogitatio-  
 ne passit assequi, utique postquam  
 ipsa cœli Reginâ illustrato puto hanc cœlum  
 Iestibus radijs corde à Barbara humi-  
 manâ, ex humana posse cœlestib[us] refu-  
 fecit. Ismeria omnem ingrati omni-  
 mi laborem exosa gaudiorum suorum  
 audore & libertate remunerari, quin  
 ipsa quoque cuta ijs fugam iniit  
 statuit. Deinde in atribus votis Pau-

rente, clam cimelia colligit in fugae  
subsidium, & nocte concubiâ vna  
cum captivis urbe se proripit, de-  
sertura Ægyptum. Ventum primò  
est ad fluvium, & commodum fe-  
nauta cum cymba offert, exceptos  
que in adversam ripam exponit.  
Angelū fuisse abeundi modus pro-  
didit; nam repente evanuit. Illi  
aliquantum vlt̄rā progressi ad ca-  
vernam quampliam divertere, re-  
fectari somno vires. Postquam evi-  
gilarunt, ad urbem primū respe-  
xerunt, & fluvium, num quispiam  
fugitivos insequeretur. At vero  
vbi nec fluviū videruāt, nec, quam  
paulò antē deseruerant Urbem, om-  
nem latē regionem circumspexe-  
runt. Primus, qui se admirantibus  
obtulit, pastor fuit, qui solitudinem  
suam gracili avenā solabatur. Eam  
fratrum vnuia Arabicè illocutus,  
cum Gallicè respondentē audisset,

Gal-

Gallicè quoque ipse rogat, quibus  
demum in oris versentur. Ille Mar-  
chiam gentilitiam arcem, & monti  
impositam Laudunum offendit.  
Tanta his auditis omnes lætitia ce-  
pit, ut ipsi statuæ de lætitia nomen  
dederint. Itaq; domum delati ad  
baptisma primum Ismeriam ad-  
moverunt: deinde in loco sacrae  
statuæ facellum struxerunt, quod  
hodie grandi templo auctum omo-  
nem vicinam Galliam trahit mul-  
titudine miraculorum. Ita ut ho-  
die vix minorem famam habeat  
apud Gallos Laudunum, quam a.  
pud Italois Lauretum.

*Scripsit Bandinus Cancell Ord. S.  
Ioan. Ieros. Ante annos 200. Item  
Brosseinsd Ordinis procuratore qui-  
bus defunxit R P. Joan. Cordier S. I.  
Provincialis Campania, &  
ad nos misit.*

GU A.

## GUASCONIA.

V.

IMAGO B.V. MIRACULOSA.  
ROQUEMADORANA.

**V**ti fama veritatem, ita tempus  
voces, & rerum nomina. cor-  
rum pere foles. Roquemador Gua-  
sconiae urbs, ob virginis miraculo-  
sam statuam apud Gallos celeberrim-  
ms, à sanctis Amoribus nomen  
habet, quibus in rupe vicinâ erga  
Deiparâ flagrabat S. Amator Eremita.  
Vixisse creditur tēporibus Apo-  
stolorū, & hanc statuā coluisse, vel  
ut nonnulli existimat, suis mani-  
bus sculpsisse è ligno. Quæ viri vita  
fuerit, non nisi obscurè constat;  
nondum enim Gallia calamum ha-  
buit tantis rebus notandis pacem,  
vtique gentilijs adhuc Druidarum  
sacris excæcata. Itaque de obscura  
origine nihil amplius habeo, quod  
dicam. Miracula ibi fecisse virgi-  
nem



GAXG.F.



rem, nemini non probatum esse  
potest, quando apud loci incolas,  
sanctum, & adhuc integrum (nescio  
tamen, an in corruptu) corpus in hęc  
visque tempora suos honores habet.  
*Felix Astolfi*, l. 6. discipulum Chri-  
sti fuisse affirmat. Temporibus Ca-  
roli Magni locum fuisse celebrem  
inde constat, quod illuc delata sit  
famosissimi Vrlandi celebratissima  
macheta, & Deipara ad aram su-  
spensa, quæ tot scriptoribus argu-  
mentum dedit. Nec dubito, fuisse,  
iam olim, qui miracula ibidem à  
virgine facta descripsérit: sed tem-  
pus & bellorum incommoda po-  
steritati hęc inviderunt. Antiquissi-  
ma, quæ hodie sciuntur, sub annum  
milles. centes. quadrages. conti-  
gere: quæ Caturcenſis Guasconis  
urbis incoleſ sua esse dicunt, quia  
suo bono patrata. Vixit est, in  
quo hac Deipara statim, pteras-  
que

que, si fallor, si non omnes supe-  
rat.

Supra templi portamq; nescio  
quis Maiorum, Campanam nouam  
admodū grandē, novo rite suspen-  
dit; nam funē non addidit. Itaq;  
velut invile recti pondus non sine  
admiratione eam peregrini iatu-  
entur, quorum pauci sunt, qui ne-  
gligentiā aditui non incusent, ro-  
gantque incurie causam. Gaudent  
Incolas hos questas audite, & cer-  
tatione Deiparas singularem favorem  
laudibus extollunt. Sit, inquit,  
in proximo mari homo Catholicus,  
cui aquę mortem minentur; is, si  
Deiparam nostram rite invoke-  
rit, templūmque se promiserit adi-  
turum, hęc campana nobis omni-  
bus insipientibus non perfundō-  
rię, divina virtute pulsatur, nemini  
ne uno vel fraudis vestigium depre-  
hendente, quād non a unquā pete-  
grini,

grini, qui hoc à nobis audiunt, subverentur; tunc proximi quique ad statuam cum ijs, qui cum templo præsumit, concurrimus, & preces fundimus pro eo, quem nondum intuemur, propediem tamen defundimus periculo visuri. Ad sunt quoque, qui & diem & diei horam libet o ad id à majoribus facte inscribunt, quem adventantibus è mari peregrinis, priusquam ipsi pericula sua etiarreat, admoto digito ostendimus, & in admirationem rapimus indicato tempore, quem mari & superis luctati sunt. Nos interea stupentes sine admiracione intuemur, quia novitatem miraculo detraxit frequentia. At, que hi favores sunt, quibus Deipara Guafcones suos prosequitur.

---

Rem totam ad me misit R. P. Ioan.  
Galliard. Rect. Catuicensis. De hac statuā scripsere Hugo Farficus, Ferreolus Locrinus, Felix Astolphi; ultimò. R.P.  
Odo Giffon, Soc. IESV. LQ.

## LOTHARINGIA.

## VI.

IMAGO B.V. MIRACULOSA  
BENEDICTÆ VALLIS.

**B**enedicta Vallis est in diocese Virdunensi, densa, & opaca nemore colibusque quatuor amissimè ciacta. Hanc vallem quia que ab hinc sacello Alberto Virdunensis Antistes S. Praelustratus ordini dono dedit, quem ipse quoque ingressas est. Est in Valle adicula facta perelegans, lapideofornice concamerata, aris omni de quatuor instructa, Deipara Sacra, cuius cuxam tres, quatuor ve religiosi habent.

Statuæ, quæ in ara principe tot prodigijs inclyta ad limpidissimæ fontis scaturiginem accursum pietati prostat, originem nos accepit aquæ, ut credo, scitur, unde fonte.





BENEDICTA VALLIS. 4;  
fonticulo tanta in morbos vis; si-  
quidem sive pota, sive parti affectus  
affusa sanitatem praestat plerisque;  
nisi à vicina Deiparae statua, quæ  
dodrantē supra duos pedes altitu-  
dine non excedit, vis illa fluat.  
*Loculamento lapideo clauditur:*  
lauro brachio filiolum sustinens,  
dextro malum aureum, eidem o-  
rientans, ac faciem leniter incli-  
nans, corpūque in sinistram par-  
tem aliquatenus reijsiens. Coro-  
nā ducali Deiparae caput ornavit  
nescio quis Lotharingiæ Ducum,  
qui puerο IESU regiam quoque  
imposuit.

In dubitatâ fide constat, hanc  
statuam iactu ducentis ab hinc annis  
yotivis supplicationibus, & mira-  
culorum fama floruisse, quā motus  
Renatus II. Siciliæ rex, idemque  
Dux Lotharingiæ, locum supplica-  
bundus adiit, ut Lotharingiā suam,  
cum

tum Caroli Burgundie ducis irruptione bellicâ vexatam in eius siue patrocinioque deponeret. Renati filius Ioannes, qui Cardinalitiâ dignitatem in serenissimâ Lotharingie domum primus inverit, ac cum Metensis, & ut ea ferebant tempora, plurium Ecclesiarum Antistes huic S. Itacum addictissimus, tantis eam donatijs ornavit; ut in hac usq; tempora eius insignia in tribus diversis ediculæ huius locis permanferint. Atque ut de Caroli Bellatoris temporibus, quibus utique plures ad auxiliathic querenda adacti sunt, taceamus, superiore seculo exente, pacem, quam post bellum sacre, ut vocant, confederacionis Lotharingia obtinuit, votis eidem Virgibi nuncupatis, plerique acceptam reuelerunt. At vero, si unquam, nuper sanè sacra imaginis exitiam penè iominauit, quan-

da

de Mars Balticus per omnes Imperij Romanij provincias grassabatur. Itaque cum Lotharingiam quoque more suo, cedibus, & incendijs deformaret, Barbara Eunecurtia Castro suo NeoviHano non indecenti pompa sacerdotum Nobilium humeris intulit, ac Martio turbipiantis per subduxit. Neque tamen sincera rusticarum plebi sua in statuam pietas deperiret. Absentem licet eo, quo iterat, loco honoribus, votis, doasarijs ornaverunt, atque ad redi- cū invitaverunt, quem ipsa virgo nom diū admodum distulit; siquidem, postquam Balticim maris Martiales & plūs quam decumani flodus Lo- tharingiam incursu suo obrueruat, & ut solet, recursu suo liberam re- liquere, vix dūm plena quiete ter- ris postliminio reddita; & statua- quamprimum numerosissima sup- plicatione comitante candidis qua- dri-

drigis ad templum secum è Castro  
reuecta est. Incredibile dictu est,  
quantum in animis incolarum,  
accolarumque pietas incremen-  
tu accepit; quam multæ sup-  
plicationes quantâ pompa, &c ap-  
paratu, quanto studio, sensuque  
pietatis, Meris, Nanceio, Virduio,  
Barraducis, Tullo, aliisque ex Ur-  
bis fuit duxæ fatis fuerit dicel-  
re, nullam abire hebdomadem, quæ  
non eadem in æde septuaginta &  
amplius sacra votiva peragantur.  
Miracula rara, & magna, magno  
numero, ritè ad examen vocata,  
publicâ Auctoritate typis vulgata  
sunt anno 1644.

*Egypci Imaginis basi, vna ex  
splosione missi ad nos R. P. s. Thomae  
le Blaue. R. Collegij Africæ.*

*Exponit Cyprianus, in libro de  
sacra scriptura, quod in primis annis  
BUR-*





## BURGUNDIA.

VII.

IMAGO B. V. MIRACULOSA  
LIBERATRIX SA-  
LINIS.

**I**nfaustum prae alijs regionibus  
hoc saeculum Burgundia Com-  
itatui fecit, quem Matris calami-  
tas conatu non basileum fecit.  
Pectus insus, fortis hostis, factes  
ubique certatum saepe gebant stra-  
ges. Pederi violencia insolens, re-  
ligioni horribilis factor Turcico  
non malior Tyrannicas dabent le-  
ges. Inseperabilis opprimebat ca-  
lamitas praealijs urbem Salinensem:  
que hodie ceteris documento est,  
quanto affligeret urbium bono  
Deipara tempia stamper.

Vixit tribe habuis ordinis Ci-  
sternensis factordotem Petrum  
Marmet, in quo nulla virtus, quae  
eligiosum ornare possit, desidera-  
batur.

batur. Cana senectus, & penè decrepita, etiam plebi eum commendabat. Is misertus patriæ in preces frequenter se dedit coram Deipara, cui vocet serviebat, non sine lacrimis prostratus. Nemum apertè Sanctissimam, & publicè denunciavat, si à bellis esse liberi velint, Marie Liberatrici templum eruant, &c. communai, confusos inducitosque, & certam opem. Multum praesuit urbi Salinensi, exhibitam esse vero fidem; & momentum fidei acutum ingenis omnipotens opinio pacidici spiritus in homine, namini nisi fabi yili, qui que nihil sequuntur eata tanta asseveratione affirmasset. Deseruum itaque de publica consopium, & obligeati viri ipsa numeruli in fundamenta abiecti. Ite in opia fabricata aliquantulum tardabar, dum iterum iterumque viri ad horationibus ad prosequendam opem

excitati Salientes templum voca-  
magnum ultra fundamen<sup>m</sup> ad vari  
preciter latitudinem eduxerunt.  
ipso Petto & architecti, & tandem  
non mutarij officium faciente. In-  
terior obfessa ab hoste vicino urbe  
impredam nos iactu destinatur, sed  
possit ut. Nulla sunt urbi contra-  
vam patentem vicinum subfidi-  
specari poterant, nullo tum amico  
milito sorta in Burgundia viro. Iam  
prædam hostis praetidie dirida-  
dam defiguabat, non sine justura  
pudoris, quem sextus debilior per-  
ditum ibat, cum coce nouen<sup>m</sup>is pu-  
ella sub vesperam iamiam morti  
proxima repeato cirentemstans his  
verbis alloquitur: Esco Beata Virgo  
ge hostes fugit: quo dico Maria  
(nam hoc pueris auctoritate) ani-  
mulum inoponens confidit. sic  
eradicavit.

*Eodem tempore laegidij urbem*

C. par-

pars ab oratione digressus Petrus :  
 taciturni promissorum reum, obvios  
 quosque per urbem sic alloquitur:  
 misere, olives Chariissimæ, Diva Vir.  
 go Liberatrix nostra hostes in fa-  
 gam agit. Sol iam occiderat, cùm  
 thæ dicerentur, Nocte ipsa exerci-  
 tata omnis cum lacibus, & impedi-  
 mentis discutunt molitus, & in ipso  
 discessu, nemine licet iugante,  
 panicò terrore : percussus miles  
 turbare vultus, tumultuam pa-  
 vore, fugere. Rem dies aperire,  
 quando & effusæ sanguinis motæ,  
 ac abiecta passim arma vlsas sunt;  
 quin & impedimentorum non exi-  
 gua pars vivibus in prædam cœssit.  
 Quis pñnicem hanc retroem vñ-  
 cüsserit Hostibus, Sallenses non  
 quisivero, ut qui scirent, quæ mi-  
 cantes hostibus mortendum in-  
 be haberent, præter Deiparam  
 Et statim; qd; qd; nō  
 dā  
 C  
 D  
 E

Jam dudum spes suas collocatas  
habebat.

Res hæc fabricæ Præpositis alas  
addidit. Itaque non multò pôst  
stetit, statque, frequentia populi  
Salinensis, & vicinori accursu ce-  
leberrima Ecclesia. In altari Patris  
Petri iussu stat Virgo scuto militari  
gloriosa, & roandida. Sub scuto ar-  
ma hostilia jacent. Ipsa inermis est,  
mis quod dextrâ sceptrum, sinistra  
filium tenet, & scuto Burgundi-  
co, non tam sui, quam suorum su-  
celâ peccus regat.

*Viram ipse ego, qui hac scribo,  
provi familiariter Vesontione in Bur-  
gundia, & hominis iam pridem de-  
functi virtutem sine adulazione  
predico.*

## SABAVDIA.

## VIII.

IMAGO B. V. MIRACULOSA  
MONTIS REGALIS.

**M**ons. Regalis civitas Pedemontij est, quam Itali Montodovi suâ lingua appellant. Hac vicum habet, cui omnia fera invident, & tamen vicum appellant. Celebritatem loco dedit non ficta, vnde de plebe sigulus, non subtilis operum artifex, tegulas contentus fingere, & imbrices; & laudasset saqè fortunam, si vel hi è flammis prodijissent, quales optaverat. Filiæ debet & artis suæ, & luxri augmentum, quæ squalit patri columnam è laterculo erigente, in quâ positam Deiparæ effigiem viatores colerent. Probavit pater filiæ non improbum consilium; & Iudeas non magas, sumptu pendulle





nulllo (si picturam excipias) suis  
ipse manibus opus confectum de-  
dit; primus omnium Virginis in co-  
fumna calcor. Reperit hæc sigilli  
confusa virtus imitatores. Tur-  
matum concursu est; sed quia vel  
miracula nulla facta sunt, vel pau-  
ca; nec admodum grandia, defer-  
bat primus hic populi paulatim,  
impetus, maximè quia illa plus  
quam incomoda plerosque aver-  
tebat. Anno 1594. nescio quo  
initium dante, revixit in Iconem  
faciem pietas, & accurrens, ap-  
portansque munera populos re-  
portavit beneficia, quæ præter o-  
mnies naturæ vires cum essent, me-  
ritò proximaculis habebantur. Ita-  
que plura, & maiora expectans à  
virgine civitas, imaginem suppli-  
catione, quam potuit, celeberimā,  
in urbem deduxit, eique etiam tem-  
plum à fundatis erexit. Ite-

merebatur. Ceterum vulnera  
 quorum videntur vestigia, parva  
 fuit, nec ab inimica, sed incauta,  
 manu inficta, quam homo venator  
 aves insectans, sclopum exonera-  
 vit, unde nonnulli e plumbbo glo-  
 buli in virginis vultum delati reli-  
 querunt hanc vestigia; nec villum  
 inde invito reo supplicium calcio  
 datum intellexi. Miracula ad hanc  
 Virginis veruissimam imaginem  
 magna, & magna numero cele-  
 brantur; qua non parum nocueret  
 Tigris o crudam in Helvetia ne-  
 scio cuius male fidei Praconi, quod  
 ex fido Ioannis Baptista Alberti re-  
 censco, qui quia virgavisi, pius, &  
 doctus fuit, non meretur ut lector  
 credat, falsa est pri veris scripsisse.  
 Is confessio pulpite, ex quo nuna-  
 quam amplius descendarus esset,  
 iam dudum inde exalatam veri-  
 tam vexare viterius institit, de-  
 in-

inde in Deiparam hereticā garrulitate, & maledicentiā invectus est, demum ad huius S. Imaginis miracula devenit, quā omnia falsa esse, & parapata mendacia disertè affirmat. Tullit virgo cum filia coniunctiā, & sequentiam distulit, dum ipse eam tenuis sponte pronuntiaret. Ite cum iugiter eloquentiā sudores nōp. sīq. clamore. injurias cūmulareret contumacij, ad confirmationē oratio dederit, quā ostendere conteadebat miraculum, quā ad hanc Delparat imaginem celebrabantur, salutarem argumento in rem suam nimis quādam incommodo usus. Si vos, inquit, fallo, si que quā falsa esse dixi ad hanc imaginem miracula vera sunt, ipsum ego te dæmonem provocare ad officium, rogōque ac impero, ut me viuum hinc ē pulpite ad orem rapias. Vix finierat infelicitas

eloquentia Rebala; cum ingentem adstantium, & ab eius ore pendente expectationem nec fecellit. nec distalit Stygius Alator; qui hominem è palpite repente omnium conspectui subdolū ad ornam, quem optabat, rapuit. Certe nunquam, vel vispici ab illo viorum amplius conspectus est: & ipse repentinus ficer, qui tempore imploravit, & quosque aderant, plenos horroris fugavit.

Hec quidem, Alator, in urbe Tygurina ore leges, nec intelliges: abscondit probrum suum, & prodere videntur; quanquam fortassis aliqui eorum non ignorent. Ne res veritas olim obfusione perireet, fecit Sabaudia Dux: cui hanc super re interrogari Gantonum Casbelicorum in Helvetiā Magistrum, authenticiam hanc litteris testatis sumus. refere in historiā hujus S. Imaginis

Phi-

Philippus de S. Ioanne Baptista, huius  
loci Abbas, & ex eo Joannes Baptista  
Alberti in libro, quem scripsit de qui-  
busdam imaginib. Despara per Ita-  
liam miraculosis; unde ego haec  
acepsi, ad quos remittit  
lectorum.



BEL.

## BELGIUM.

IX.

IMAGO B.V. MIRACULOSA  
DE GRATIA  
CAMERACI.

**P**Ercelebrem habet Imaginem Deiparæ vrbs Cameracensis, quam nonnulli à D. Lucâ pictam piè credunt. Ea sub anno 1440. maximâ pompa collocata est in facellopereleganti SS. Trinitati dedicato. Vnde autem hoc illata sit, non habeo dicere. Nostrâ etate Assumptæ Virginis festo die maximus fit concursus; sed nusquam facile videris peregrinationem illi parem, quam ab hinc paucis annis Belgij vrbes nonnullæ instituerunt ex qua vna, quanta sit in hanc Deiparæ iconem Belgij pietas videre est. Anno à partu virginis 1649. obsecsum ab hoste Cameracum est,





magore quam vnoquam pericolo.  
Itaque S. Imago publice venera-  
tioni exposita varios supplicia-  
tum causas admissit; quin ipsa quo-  
que per urbis vias circumdata  
bonorum civibus specie libera-  
de urbis injocit; siquidem IV. No-  
nas lunij, ipsa nocte Virginis vi-  
taris, hostem tam durae obsecionis  
fastidium capie, urbemque deduc-  
do exercitu omni periculo, metu-  
que liberavit. Hinc dici non po-  
scit, quantum pia illa Belgarum  
studia incertis erexit accipitris in  
hunc iconem Reipara de gratia.  
Tanta siquidem exercitata pro accepto  
pro hoc beneficio grati aqimj. ex-  
gumentaria vix die unius et solitudo  
Ducentis septem omnido hominibus  
milia supplicationes vnicā secesserat  
loucru mītūcē illuc processione.  
Qui pampā fuit comitū afferens  
adibit sc̄ in omni via specie ad  
pieg

pietatem conciliandam optus, nō  
bit ad hoc aerem. Deipara magnifī-  
centius.

Neque breviorē viam confel-  
cere Valencenates, quorum tria, &  
adoptiūs millia cādē die supplican-  
tiam ordinib⁹ ad pietatem opti-  
mam compositis Camēracum delata  
donis locum honoravere. Ex eo  
tempore cultus, quāquam ante  
maximus, ita vixit est, ut hodie  
iacer primas Belgij icones nume-  
retur. Deipara Imaginem vestis  
Græca amb̄it; & creditur à multis  
liimbis vestis litteras habere inscri-  
ptas. Sed huc super re á me Con-  
sultus P. Athanasius Kircher o-  
mnium penè linguarū quæ hodie  
scribuntur, peritus, negat char-  
acterum illud genū revocari posse  
ad aliquem gentis ullius sermo-  
nem; atque non insolitus Gra-  
cis pictoribus vestrum limbos  
pud-

**De gratia** 50  
punctis & lineis ornare, quas de-  
inde imperiti pro incognitarum  
linguarum litteris habuere.

---

*Imaginem una cum relatione ad  
me misse R. P. Iohannes Baptista Flor-  
bogus,*



IMA.

## IMAGO B. V. MIRACULOSA AVIOTENSIS.

**N**Omen huius thaumaturgicæ Imaginæ impositum est à loco, in quo colitur; est enim Aviot vicus in Ducatu Luxemburgensi distans ab oppido Montismedio scilicet quileucâ horariâ.

Statua virginis è ligno est cum pueri IESV. Origo eius, & primus auctor ignoratur; antiquitatem tamen præfert non vulgarem. Trecentis ab his annis iam cultam esse vix dubium est. Pietatem secolarum, & profusas opes templum loquitur, non minus arte, quam figurâ magnum, & antiquum. Vnde vel incredulus Appella colligere queat, prævenisse beneficijs Virginem tam sumptuosè & grates, siquidem ita ferme integ





ūtter homines comparatum est,  
et nec in caelis quidem officiosi  
sint, nisi quos prius in se beneficos  
experiuntur. Ornatur ipsa statu  
auro, & gemmis, & populi. Sup  
plicantium affluxu penè continuo.  
Honores debitos haecenus accepit,  
habetque iam ab antiquo in urbe  
Montis medio altare sibi dedicata  
rum, in quod belli tempore mili  
tum licentia subducta est; utique  
etiam hoc anno, quo hac scribo,  
quaque urbs dominum mutavit,  
miraculis locus hic semper clarius;  
sed quia nullum ad me prescriptum  
est, quod vel personæ dignitate,  
vel eventus rari admirabilitate  
sit eximium, Lectorem ultra morari  
visum non est.

*De hac S. statua scriptit ad me  
R. P. Joannes de Viron R. Collégij  
Luxemburgensis.*

IMA-

# IMAGO B. V. MIRACULOSA FOIENSIS.

**C**ur haec sacra statua Foiensis appellatur, velut questionem de nomine, illis reliaquias, quibus ossa praepulpa sunt, nominas praerebus. A fide Gallica lingua derivat. Etatem statua pronius est inquirere. Anno seculi nostri Nono Querceti cuiuspiam pars ad urbem Dionatensem navibus fabricandis designata hanc arborem tulit, ignaris Belgis, quantorum frumentum ferax esset. Fuit, inquam, omnes inter procerior vna, eto pedes crassa. Hanc in tabulas, digna nivalis architectus destinatam excindit radicitus precepit. Est sua quoque, si nescis, plantis sanitas, qua viles animae breves aut longam, felicem aut infelicem vitam vivunt, Prostrata suo pondere





dere moles lignaris medicis vi-  
tium, quo laborabat, diu abscon-  
dere nequivit, siquidem caries in-  
civis in visceribus deprehensa est,  
mali infarabile utique, postquam  
ipsam arboris animam, quam alio  
nomiae medullam vocamus, ac-  
cipuit, non levi contagij argumen-  
to, unde huic in eadem navi jus-  
ta signa vel solo contactu live-  
rem ducerent, Itaque sentata fer-  
ro curatio est: sed superabat fer-  
rum feda tabes, quapropter ad in-  
gaem processum est. Quia vero  
nec ab igne & hiis curationis spes  
affulsa, judicata est hæc arbor im-  
medicabilis, & igni addicenda.  
Iamque assulacim in frusta discep-  
pebatur; cum media fore in arbo-  
re propè medullam inventa esset, de  
qua loquor, Deiparæ statua, tribus  
omino ferreis clathris munita.  
De hoc miro, ac diuinxeris Lector,  
scire,

seita, iam à pluribus seculis nobis  
insuetum fuisse Christianis. Deinde  
paræ imagines arboribus aliquæ  
industriâ excavatis impoñere, fero  
tōque manice, transversibas cum  
generatione profusas. Hæc tamen  
sco primùs abscondi, deinde tamen  
aut cortice obducti cæptæ; denique  
inter ipsam omnino arborem, Iesu  
pbi temporis sanctæceptæ sunt; ut  
necl vestigium suum foris solinque  
zant. Hæc, de quanunc sermo ex eo,  
penè media in arbore latuit, quam  
etio pedes mœtura vir ambiat.  
**Quis** verò eam quercui inserviet,  
quia nomen ipse suum non adscri-  
psit, nobis vetitum est vteriās in-  
quirere.

Eruta cum clathris venustissi-  
ma Imago ancillæ cuiquam cessit.  
qua ab altero squalore domum tu-  
lit hero suo Baroni de Celles, non  
sine admiratione visendam. Quia  
domini

domi reverentiā sic habita, non  
 constat: certum tamen est, thesau-  
 ri loco fuisse. Eapropter non ita  
 multò pōst aliam excavari decen-  
 ter jubet quercū dictus Baro, huic  
 statuam inseri, & tribus deusē fer-  
 reis clathris, sed novis muniri.  
 Statuam publico preciosam fuisse,  
 infidiz pīj raptoris certum fecero,  
 qui dñorum iam clathrorum poti-  
 tus, nē tortium quoque effingere,  
 supervenientium credo importu-  
 nitas fecit. Itaque ne publicum  
 ex ablata statua detrimentum ca-  
 peret, à loci domino, D. de  
 Euhez maturè provisum est. Is sta-  
 tuam sacram arei sue intulit, &  
 in sacello decenter reposuit in an-  
 num usque aonum, hoc est, huius  
 seculi decimum octavum. Nea ita  
 tamen latuit, quis patrata passim  
 miracula passim evulgarentur.  
 Momentum quoque venerationi  
 ad-

addidere lapilli cires quæcum re-  
perti, alijs alites ad gemmarum mo-  
dum colorati: quos medica virtus  
præter naturam, portentosa gra-  
siores fecit. Quæ virtus quia à  
Maria statua tot sectatis illiē con-  
servata fluxisse credita est, statua  
quoque iterum publico debet  
conservari prudenter. Vnde  
facello in vicem arboris exstrudo  
Statua 25. Novemb. magnâ suppli-  
cantium pompâ illata est. Hic  
enim verò Virginem inter & Bel-  
gas certatim strenue ost. Virginem  
accurrentiam populorum pietas  
tem summas non minoribus mi-  
raculis remunerante, presentiam  
juxta, ac absentium, quibus lapilli  
vel collo appesi, vel poculis injeci,  
iam victimis medicorum artibus, sa-  
luti sunt. Mira varij testabantur  
Europæ populi, quibus Egypon  
s. statua illa è quatu sculptu ob-  
tigit.

igit. Publicè in templis exponuntur passim hæ statuæ, Foyensum titulo, & quandoque cum Foyensi ipsa patrandis mirculis certant.

Hac de se litteras acceperit R. P. Endovico Marte R. Coll. Dionanensis, que urbs pancei stadijs à Foyensi templo distat. Narratio impressa, quæ bac accepi, ait quandoque vero cari Disparam Dionanensem...



IMAA.

XII.

**IMAGO B. V. MIRACULOSA  
CANCELLATA  
DUACI.**

Pro quā longē felicitatem  
nostram quandoq; quārimus  
quā tamen, nisi esse essemus, ante  
oculos nostros intueremur.  
Statit virginis Deiparæ statua can-  
cellis ferreis inclita Duacensis in-  
vrbe, ad templi murum, quod  
Canonicorum Collegio Divi Petri  
celebre est. Quis, quōve tempore  
statuam illic tantūm non sub dio  
posuerit nemo hactenus fuit, qui  
vel conjectare posset. Hęc nepte  
thesaurorum natura est, ut remoto  
ab ævi memoria tempore, à nescio  
quo deportantur, aliter thesauri  
non sunt. Nescivit civitas, ut solet,  
felicitatem suam, dum ipsa virgo  
linguas infantium fecit discetas,

12





ut ex ore infantium, & lacteatum  
gaudata ipsa plus honoris, cives  
plus utilitatis ex huic statu re-  
generatione caperent.

Dadum iam quorundam mes  
obtinuerat, ut redditari e templo  
domum adhuc diverterent ima-  
giem, & per transitum Virginem  
salutarentur. Fuit iesque, cum civium  
nonnulli ardenter precaretur.  
Octavo Iulij, anno à partu virginis,  
millesimo quingentesimo quin-  
quagesimo secundo, id est, ut  
solet, pueri inter clamores & cre-  
pundia eodem in loco innocenter  
luisabant, & non parum viros pec-  
cantes turbabant. Lusum ab ijs diu  
est, cùr at tandem fugio minacibus  
oculis frontem asperavit irascenti  
similis, caput movit, & manu etiama  
verbera intentavit.

Vidit huc omnia innocens etas;  
et deernat coram, & vox suacibus  
hunc;

terre; in öxq; dilapsi domam quisque suam confugerunt. Magas ex pectori vultus, membra rumpentes tremore parentes suspiciunt, quisque suum rogat tremorit, patiturque causam. Hic metu prope cliniques peccantiam suam perimunt, quisquis sine lucis fatigatis, eum: &c virginis in fronte rugas, & tristes oculos, & manus minaces reorset. Credi non poterat tuncula etas eam doctè mentiri. Patefacta tamen testibus auditis veritate parentes, collatis consilijs ad imaginem primam ipsi decurrunt, veniam pro filiis deprecatur sed cum conscientio qua cœlesti gaudio delibet redirent, fama properè sparsa, intra sesqui horam totam ferè urbem Virginis fituit, in pacem, & vita pronam. Primo ostiduo die noctaque momentum temporis nouissim, quia in à frequissima multitudine

dine sub d<sup>o</sup> Virgo hōmōrēs accipit  
ret. Cūmque populus nec humi-  
dæ noctis injurias, nec diuinī solis  
æstum ferret, obtenta sunt yēla, &  
ut sacelli tumultuarij forma qua-  
dam pietatem augeret, additum est  
tentorium militare, quod Ianionēs  
Virginī tantisper cōmodarunt.  
Et verò simul ac sanitas cuipliant,  
reddita est, & re campāno ē turri fr-  
gnūm datum admonuit officiū vā-  
bem à se in Deiparā obsequia pro-  
nata. Primo triduo sex clāudis am-  
bulandi facultas, vni cæco' visus,  
vni mortuo vita impedita; ut ea  
taceam, quæ, quia Virginī non rara,  
ideo nobis mīra esse desiere. Et  
quia nec dum Diuacensium pietas  
in Virginem desijt, etiam ad Virginē  
go neç raris, nec ext̄guis beneficis  
affectum in eos saum demonstrat.

*Hac de re ad me R. P. Hubertus Völk-  
heim R. Collegij Diuacensisq. R. P. Au-  
gustinus de Balingen in Calendario Ma-  
riano s. Iulij. j.*

DIMA.

## XIII.

**IMAGO B. V. MIRACULOSA  
AQVALIENSIS.  
PROPE LEODIVM.**

**T**itularationem à me lector non exiger, quando Imago sacra de Dieupart appellata, nec à loco, nec ab homine nomen habet, nec quispiam est, qui ad me perscripscerit. Nam eis vel partem Dei, vel apparen-  
tiam Dñm à grammatico torcu-  
lari expresseris, nondum istmen sa-  
visfecisti. Maneat itaque & hoc in-  
ter ea, quæ nobis tempus subduxit.

Aqualis oppidum est in ducatu Luxemburgensi, quatuor leucas Leo-  
die ad Amblavas fluvium distans.  
Fuit olim in templo parochiali  
Imago Deipara sculpta, & colu-  
mella, ut vides, imposita, miracu-  
lis celeberrima, populiisque in ad-  
versas vaicum, sed certum refu-  
gium,





giūm. Advenit vltimo Leōdien-  
sium bello auxiliaris ē regno mi-  
les, secūmque Calvinum ferens,  
templū incendit, cūm templō  
sp̄fam Deiparæ Imaginem iu-  
x̄es rededit. Quare iam, qđ libri  
de venerant, quos beneficia Virgi-  
nis implebant. Columellā temen,  
cui S. Statua insistebat, nescio qđ  
numinis providentia inter ignes  
illæsa stetit. Mitaberis, lector, cte-  
desque miraculosam esse h̄c Del-  
param desissē, quæ statutæ suæ, &  
solet, nō potrexit adjutrice mā-  
num. Sit faniè, in quo fides vera,  
quæ parvorum scandalū nescit.  
Fideles suos aliquantisper exerceat.  
Si Virginis Filio pulchrum fuit su-  
bire turpissimam mortem; cur Ma-  
eri indecorum sit, si ex tot statuic  
vnam hereticis permittat, indignis,  
quos per miracula convertat. Re-  
fudit tantisper in sede, quam pridē

in collumella occupavit statua, dum cives aliam & priori, quantum artifici licuit, similem representerent. Quod mox refecto templo fecere. Tum enim vero, & ista cum statuae prioris formâ virtutē quoque induit, quam primum in prioris locum successit. Certè beneficia non parcit nunc Virgo in miseros prodigit. Omitto quæ passim alibi quoque fieri solent. Illud singularē, hanc quoque solere mortuis sine lavaero baptismi parvulis vitam conferre, dum rite abluti ad cœlum præparentur.

---

*Imaginem una cum relatione missit ad me R. P. Ioannes de Viron Rektor Luxemburg.*





G A D G f:

## XIV.

IMAGO B. V. MIRACVLOSA  
BONÆ SPEI.  
VALENCENIS.

**D**icitur sacellum hoc non plus  
medio millarij ab urbe Han-  
acacie Valencenisi, concursu per-  
grinorū, & miraculis celebte. Or-  
iginem tantę pietatis hanc accepit;  
Anno 1625. Iubilzo, Rhetorice et  
Soc. Iesu ea in urbe Professor suos  
ad Deiparæ cultum, ut saltem, ad-  
hortatus inter alia dixit, mirari se;  
nullam h̄ic, et alibi plerumque;  
ambulationem esse, quā ad sacel-  
lum quodpiam Deiparæ duceret.  
Valencenates vel ideo plus ceteris  
urbibus Beatae Virginai obstrictos;  
quod ipsa manu sua Virginem filum  
auris urbis circumvexisset (& eti-  
amnum adeo) tam peiti arcenda-  
sum ut Valencenates sibi devincti-

ret. Dictum satis pronis in Virgi-  
nem animis. Proximâ à scholis fe-  
riâ plus centum Rhetorices disci-  
puli de loco consilium ineunt, quo  
Virgo à deambulantibus post hac  
visitaretur, maximè postquam unus  
statuam produxit Foiensi parem.  
Non diliquerentibus quercus ob-  
iecta oculis est, ad quam per am-  
plam perveniebatur planitiam. Illi  
decursu protrahunt campo locum in  
quercu statu parant, ablato cum  
samentis cortice, cum etiâ è com-  
portazis arborum vicinarum habi-  
tationes constituunt, sacello non  
absimilem, sum etiam & candea-  
tas. S. Imagini ascendunt, & non-  
nulla, quæ secum attulerunt, orna-  
menta addunt; & quia magna spe-  
rabant, unus omnium consensu  
Matrem hanc spei terque quatér-  
que inclamat, laboreisque dimidijs  
dico punctionibus Virginis gracie

concludivat. Utique frequentius  
redituri, postquam nemo domum,  
nisi spe plenus, sedijt. Rethores  
centum facile populum gymnasij  
et taxere in admirationem primum,  
deinde etiam ad tam pij exempli  
imitationem. Secuta deinde in-  
tentutem litteratas graviores;  
quandoque campum impleverunt  
non pauciores quinque milibus.  
Iucundum fuit Duci Arschotano  
suo in cespice hæc fieri; exemplum  
itaque suo ære (quanquam & verba  
de suo dedit) molitus est, mole non  
grandi, sed quod deinde R.R. P.P.  
Carmelitanorum cænobio audiunt  
est, & pluribus vtrinque arborum,  
& longissimis ordinationibus, per quos  
ad plura vtrinque facella perveni-  
tur, in quibus JESV passionem  
recolas, priusquam ad Matrem bo-  
ne spei pervenias. Nocuere non  
parum loco bella superis laetifica.

Constat sibi tamen adhuc cum famâ miraculorum sacer locus.

De quibus extare librum impressum  
asserit, qui de hac Imagine ad me per-  
scripsit R.P. Engardus Hakina Provin-  
cialis. & R.P. Gilberius Soc. I.E.S.V.  
Bimont. Rector Valencenensis.







## AVSTRIA.

XV.

IMAGO B.V. MIRACULOSA  
STERNBERGICA.  
VIENNÆ.

Terum Inconoclasticæ hæreses mentionem facio. Prodigiosa Deiparæ statua, quæ Viennæ in templo S. Hieronymi PP. Franciscanorum colitur, per ignem ad hos honores à generoso iconoclasta est evecta. Is fuit Illustris & Generosus Dominus D. Andreas Baro de Sternberg, ad exterios, ut mos est, profectus pecunias largè profudit, mores mutavit, & lingam, quin etiam Lutherum exuit, magno suo bono, nisi induisset Calvinum. Redux domum bellus spiravit, bella horrida bella; sed lignis tantum hominibus timendus, statuis, inquam, Divorum. D s quas

quas omnes diligentissimè conquisitas, è ditione sua gentilitia comportatas vnum in rogum conjecit, vlominus vnam bustam faceret; & adhæc summâ fide servari imperia domini sui curabant. Itaque vide-  
rè erat templo altaribus viduata, &  
vastitatem Isauricam, ita exiliis  
omnibus Sanctis iudicium, ut ne-  
picti quidem aut sculpi h̄ic loci  
posthac comparerent. Ingentes  
Grienbergæ in arcis atrio (vbi hæc  
fiabant) pyram fecerunt: cumulate  
in vnum sacræ opes. Quis primus  
(nam nemo aderat qui lugeret) fa-  
cere pyram admoverit, non refert  
dicere, quando omnibus vna mens  
erat, ad hæri mores plus quam opus  
fuit, erudita. Surgit fumus, ardēt-  
que igne in uno quidquid pluribus  
Sæculis maiorum pictas reverentias  
& opum in Cælum Imagines cu-  
mulavit, vna Deipars excepta sta-  
tuā,

tuâ, quam flamma libavit tamquam  
 conqueſtus eâ super re ſervulorum  
 vno, iuſſu Domini eam in partes  
 impaſta ſecuri diſcepturas, i&tu  
 non amplius vno, cuius tamen ve-  
 ſtigia hodiéque videntur, S. Ima-  
 gini nocuit. Sed, neſeo quo malo,  
 repente correptus vitam funeſtissi-  
 mā morte ſub vſperam clauſit, &  
 totius diei ingentem latitiam non  
 parum confudit, utique poſtquam  
 nemo fuit, qui S. statuam oppugna-  
 re porrò auderet, & grē inventus eſt,  
 qui eam ex heri, imperio in arcis  
 angulum abijceret. Nec tarda, aut  
 levis ipſum herum pena ſecuta eſt.  
 Eversa protinus mente in rabiem  
 actus, ne obyios quosque interi-  
 meret, carceri mancipatus eſt.  
 Hic vitam traxit omni morte mi-  
 ſeriorem inter paleas, & ſordes  
 ſuas misereſconsumptus. Mirum  
 erat, vnde homini tantum robur

D' 6 acceſ-

accesserit. Digitis juncturas vetustissimorum & ingentium lapidum tentavit, non nullo effectu; ita ut quandoque refectis elathris ferreis muniendus fuerit, quod non nemo qui locum vidit, ad me perscripsit. Vix reperti fortissimi lanionum, qui magnō numero congregati certis temporum intervallis, non aliter ac hominem interficiuntur in carcere per apertam portam irrumpent, hominemque periculo suo attonitum tantisper vinculis constringerent, dum alij congestas fortes egererent. Atque in eum modum nullo unquam vel unius momenti intervallo annos amplius quinquaginta exegit, donec paucis ante mortem diebus, cum cum resipiscere, & ad meliora converti consilia nemo non optaret, oblatam sibi per visum Dei patrum statuam identidem verbis gesti.

gestib[us]que à se abigeret, & vite  
mala imponeret finem non bo-  
num. Anno 1629. Maij die 2.

Fratrem habuit infelix Andreas  
Ferdinandum, in eo felicem, quod  
exactis pueritiae annis in aula Æni-  
pontani Archiducis Ferdinandi  
suffectus fuerit hæres vivo fratri  
Andreas. Accidit, ut Andreæ fa-  
muli, domino suo neutiquam me-  
liores, excitato igne in atrio arcis  
medio, nescio quæ scruta combu-  
rarent, iterumque hanc adorti sta-  
tuam in medium rogum coniice-  
rent. Auditus mox velut tor-  
menti bellici ingens fragor, & sta-  
tua facto saltu extra rogum in a-  
trio consedit, Dominicus de Gen-  
tilibus, & Petrus de Nagera impe-  
riales choraulæ, qui tunc commo-  
dum Ferdinando, musices amantissi-  
ma, aderant, audito fragore, &  
visâ fragoris tanti causâ, displicere  
sibi,

fibi, quæ gererantur, disertè ad-  
suerunt; maximè postquam iterum  
injecta rogo statua lignis, quin eti-  
am fecreis contis verabatur ignes  
fugere. Domino itaque tantum  
servorum scelus conquesti, cùm o-  
mnia pia expectaret, nullud responsū  
non tulere, quam servos Andreæ  
fratris Picardos esse, & agere super-  
stitioni suæ conformia; & vero  
etiam identidem vociferabantur,  
ab hoc ipso dæmone (statuam in-  
telligebant) herum suum adum esse  
in tabiem. Iussicamen sunt eri-  
pere flamnis, & loco suo, unde  
protaxerant, restituere. Fecerunt  
officium famuli, & vaimanum Dei.  
paræ signum. (nam manum alte-  
tam, dum flamnis eripitur, impro-  
bus lanista amputavit) in caver-  
naam priorem cum contumelijs  
eruerunt.

Die postero Ferdinandus Pra-  
gam

gem iter instituit. Vix domum suam illic ingressus, in furias agitur, & rabiem, strictoque mox gladio hostes insequitur, qui nulli aderant. Vix à matre persuasus triclinium accessit; sed meliora sua denter non ferens, ensem, quem antè in hostes strinxerat, in matrem egit; quæ cum receptâ in viscera morte in alterum usque diem luctata, post nonam antemeridianam obiit: quâ ipsâ horâ Griesbergæ (quæ duodecim levcis Praga distat) Andreas Frater sic vaticinatus est? Ferdinandus Frater fecit, quod ipse debobam: iam mortua est. Neque interpretem hæc vatis vox invenit, dum ex urbe Pragensi tristissimus rei nuncius veniret. Voluere amici ad Bohemiæ, sive leges, sive consuetudines parciendam præcipitare per fenestram in subiectam plateam; sed amenti mitior

titor pæna obtigit, rigidus carcer,  
ideo felix, quod captivo (quæ Dei  
est miseratione) reddiderit rationem,  
quam ademerat libertas.

At ubi se mortem attulisse matri  
intellexit, carceri addidit spontanea  
tormæta: multiūm precibus, multūm  
lacrimis dedit, genibus ita nixus, ut  
cutis non callum ferret, sed conti-  
nuo attritu lacerata carnem in hoc  
officium substitueret. Hoc nempe  
est generosè pœnitere. Allatam  
denique mortis sententiam intre-  
pidè excepit, & ad eam subeundam  
sic se parauit. Advenienti Sacerdoti  
de genibus obviam processit, nu-  
dis, & ut dixi, attritu ad imam car-  
nem consumptis, non sine vi san-  
guinis, quo subiectum triclinij pa-  
vimentum imbuuit. Facta exomo-  
logesi divino viatico refectus est,  
& postero mox die paratum ingres-  
sus balneum utramque brachium  
præ-

præbuit; inde per medium venaci  
cum sanguine animam emisit.

Tertius supereft frater Ladislaus  
equitū Tribunus sub Rudolpho II.  
in Hungaria. Hic cæpit invocare  
nomen Dominae, & S. statuam suo  
liberatam antro cognatae fœminæ  
religiosissimæ tradidit depositi jux-  
ta paulo post per Nobilem Iuve-  
nem Gerardum de Tassis in castra  
defensi imperavit. Ibi teutonio  
proprio velut templo excepta est.  
Missa sacrificium diebus ferme si-  
gnulis celebratum, momentum de-  
dit publicæ pietati, quæ iam novó  
ritu eò devenit, ut quantum per  
leges militares licebat, è diversis  
castrorum partibus à milite Chri-  
stiano peregrinantiū more visita-  
retur. Quo anno statua in castrave-  
nit 20. sept. die pugnatum felicitet  
cum Turcis est; qui vixque memo-  
res anni millesimi sexcentesimi  
ter-

tertij obliuisci non potuere duodecim eorum missa causa, plurimos quos pavor egreditur in Danubium aquis haustos. Nemo Christianorum fuit, qui tantum beneficium non adscriberet Deiparæ, quæ cultum statuæ sua exhibicunt ita componensbat.

Victoriam secuta, ut mos est, licentia militaris. Ladislauum ad Iudum traxit, quo Generoso Baroni de Thurow focki Polono inferioris ville ferme vngaricorum ducatum debitor factus est. Is cum Ladislauus solvendo non esset, totius debiti loco S. statuam poposcit; nec difficulter obtinuit, & reverenter habitam octavo post die carro imposuit, cui claudum, sed præ cæteris carum equum junxit, qui eam Viennam usque in novum forum nullo laevis pedis iudicio alacriter devexit. Hæretica Polono conjux fuit, in quam non parum contulisse

Ex credo de naturâ suâ serpenteum,  
qui Micholem Davidis Conjugem  
mordacem fecit. Nimirum hæc &  
vitum pariter, &c, quia peior illa  
fuit, etiam S. statuam, &, quod pes-  
simum erat, ipsam Dei Genitricem  
infectata, maritum turbavit. Is, ne  
paria Sternbergicis mala conjugem  
premerent, S. statuam, R. P. Bon-  
venturæ Daunio, è D. Franciscæ  
familia Commissario, dono dedit:  
qui ex piorū corrogatis largitioni-  
bus statuam primum decenter or-  
navit, deinde templo D. Hierony-  
mi ex ijsdem largitionibus con-  
structo, anno 1607. magnâ pompa  
intulit: ipsum altare Baro Wen-  
seslaus de Sternberg ære suo fieri  
curavit.

Ladislaus patuipendens, quod  
statuam Virginis vendidisset, im-  
memor poenæ, quâ Esau venditos  
primogenituras luit, primum in Bo-  
hem

hentiam concessit, & conjuratis se  
misericordia, tum in Poleniam deflexit,  
inde amicitiae specie in Bohemiam  
reductus, demum inter rebellis  
numeratus capite cum ceteris ple-  
titudinis erat; sed quia missio senti-  
entia ijs obtigit, quibus Catholica  
fides fuit, in carcere vitam finiit.

Ne hec narratio Auffrie & Bohe-  
mia notissima, & Viennae typis data,  
minorem tibi estimationem faciat de  
nobilitissimâ, & antiquissimâ Dominaturâ  
de Scellis profapiâ, seu paucos fuisse,  
tum non nisi unum unicunque familiæ  
probrum Andreanum. Herorum filii  
quandoque noxa sunt. Ceterum caro  
Ecclesie debet esse bac familiæ, è quâ  
vnum ante quatuer secula Tartarorum  
immensas copias delevit ad Olom-  
ciuum, & propriâ manu ducenti illoram  
occidit. Ex alia linea Petrus Meliten-  
sis eques ferociissimus illum Hussitarum  
Dm.

Ducem Ziskam fudit: cùmque nemo  
esset, qui etiam cæso duci rabiem Husit-  
icam multis annis graffantem com-  
pesceret; duo tandem Sternbergici Ba-  
rones ita eorum reliquias quodam-  
pralio deleuerunt; ut ab eo Taborita-  
rum furor campum apertumque Mar-  
tem funderit. Horum, inquam, & eo-  
rum, qui hodie vivunt, præclaram vix-  
tus enim unus Andreas non obterit;  
quia unus est, & sequaces  
non habet.



INTA.

## FRANCONIA.

XVI.

IMAGO B.V. MIRACULOSA  
DETTLBACENSIS.

PRO quanto refert, primas operis cuiusque, quod suscipitur, cogitationes cælo dare: quod si fiat, felicità alchimia velut virgulâ Midæ in aurâ vestetur omne quod facis, & non nisi cælo vendit dignus. Ita nempe si oculus tuus simplex fuerit, totum corpus tuum lucidum erit. At vero ubi primarii cogitationum factus est dominus, qui circumcidit leo, penè dieum perdidisti, & tentatus non perijisti. Germanias populis vna cum fide instillatum est, nullum exordiri omnino opus, nulli dare labori principium, quin solemne illud, IN NOME DEI, pronuntiant. Ita laborem simul solantur, & preciosum faciunt.

Sed





Sed ut non semper parentum mores, præsertim boni, abeunt in filios, & rarius in nepotes; ita in hoc quoque à multis iam pridem descitum est. Sic opifex à lecto ad officinam, colonus ad agrum delabitur, nullo Christiani hominis indicio. Cives Detlbacenses in Frankeniam in magnæ felicitatis parte ponunt, habuisse olim unum è suis, qui moris huius propagandi studiosus locum ante portam elegit, quem omnes ad opus manè exituri non possent non præterire. Hic columnam posuit ære suo lapideā, eisque capitelli in vicem, decenti in loculamento Deiparæ dolorosæ statuam impoñuit, præteritūris & ad opus agrorum, vinearūque properantibus solatium. Nemo fuit, qui sine reverentiâ præteriret hanc Mariæ positam columnam. plerique flexo genu opus omne diutinum.

urnum dicabant Deiparae, simileque  
& vires & felicem laboris success-  
sum postulabant. Fuere queque  
qui longiore prece, & Deiparae si-  
mul dolores, & suos non perfan-  
ctioriè considerantes, nullo operis  
tantisper intermissi dispensio, gra-  
tissimum dedere spectaculum. Cre-  
debantur Ægyptij omnē, quæ cir-  
cumiacentibus terris è cœlo debe-  
batur, fertilitatem Obeliscis suis  
traxisse in suam. Fabula est. Verius  
dixerim, Dettlbacenses omnem  
calestium imbrium gratiarumque  
copiam, quæ toti Franconiae debé-  
batur, hac columnā ita dispositisse,  
ut hic loci, & apud Dettlbacenses  
velut apertis cataractis scaturi-  
rent, post hac in omnem Franconiae  
agrum dispensandæ.

Videbatur optare Deipara, cō-  
lumnam ex crescere in templum, &  
pro cultoribus brevis Ratae & singu-  
lis

tit Anno 1504. dare debebat homo  
mauci & viliis anima, ne quis post-  
haec eausati posset, quempiam hic  
soci à Deipatā vel præteriti, vel  
coacti. Rem Trichemius nar-  
tat, ex quo illam accepi. Fuit, in-  
quam ex infimâ plebe Nicolaus  
Lemsterus, vino plus quam censos  
ferret, deditus. Hie Encaniorum  
facto diu nescio quo in pago am-  
meridiano tempore vixitq; cele-  
brato, vidditione quoque ditissime,  
cum Deo haberet in se imperium,  
exultata & sive ad meridiem labo-  
ratos pietare, cum suis libris ad  
tabernacula deflexit. Hie tater po-  
cula, ad juxta primū, deinde re-  
arulentior factus erat ad ritus de-  
lapsum, donec ad gladios, & pa-  
gnas devenerit. Non in certis obsecu-  
si congesfatis causis inquirere,  
leges levissimi gantones ut graves  
non quia, ita pietatisque tales ha-  
bent

beant, quarecum memoriam vel ipsis  
auditoribus subtrahat, tamen ylabeia,  
de præ alijs omnibus ipso postridie  
quarecere iusticuant, vade in capite  
vulnera, in laceris ac humeris cu-  
bera. Cœcum premium, quod fabri a  
miciis hostes nos distinguebant. Ni-  
colum ita excopiat, ut seminor  
eius domum deferendas efficiat,  
aut, vade viuus non quiescesc  
superstiturus, Quid ijs adhuc sit, quæ  
arma capere ausi sunt, de falcem  
mittam in messem. Садбісогнанъ  
Nicolaus, ardentem integrum lectorum  
auis incola, sic habuit, ut membro-  
rum usus exiguus, ratiensis rati. С  
Яким, lingua vero habet omnino  
ne nullum. Ut apud ceteros ho-  
mines mala nunquam sola sua, hic  
conspicasse ostendit, contra ratiens  
videsi poterant, eis ferocius, quoniam  
paupertas, miseria et omnia pri-

atum, in hoc etiam est maximum,  
 hominis quippe mores paucorum  
 misericordiam ciebant. Plus anno  
 ista Nicolao dolendum fuit, dum  
 tationis usus ex toto rediret, ad  
 superostitium, & precipue De ipsa-  
 tam conversus, dolore primam  
 peccatorum suorum, tum etiam  
 calamitatis atrocitate flexit miser-  
 ricordia Matrem. Noste siquidem  
 sequente videre sibi personum ium  
 visus est hominem, qui sanitatem  
 sponderet, & votū facere: ad hanc  
 se Columnam cum candela, sanita-  
 te integrata accessum. Profuit  
 Nicolaus non fuisse è sapientum il-  
 lorum tribu, qui auctoritate plus  
 quam Matianus superis prohibue-  
 re, ne post hac vili hominum in-  
 somno loquerentur, nī sibilo exti-  
 pi vellent. Niclaus prae postea  
 huius sapientie, sive ignarus, sive  
 incurius, quam primum, excoffe-  
 formo, vigilat est redditus, præ o-

multis veneratus est tam utile so-  
mniis; tam, quā potuit pietate votū  
edidit, apportandę ad Deiparę sta-  
tuā candelę, cùm primūm per vires  
posset. Vim voti fuere primi qui sē-  
tirent chirurgi, qui nō sine admira-  
tione confexere, & pertinacia ha-  
dēcens coire vulnera, & in pus ma-  
turari, ceterāq; mala, quae tot frau-  
dāissent pharmaca, sine pharmaco  
senīm evanescere. Postquam vero  
ipse Nicolaus brevi tempore ite-  
sum se hominem esse, & sanum  
vidit, sibi prius, deinde & alijs  
in pretio sisse caput. Quapropter  
quād primūm temptā à propolis  
candela ad hospitricē columnam  
properat, atque, uti decebat,  
Deiparę gratijs, quid candela agen-  
dam, atq; ubi locorum relinquendā  
sit, deliberat. Interea fessus de-  
vīa proximo in cespite confidens  
in somnum iabitur; cùm à moni-  
torē

torē suo iterum jabetur candelam  
in verbis usque curiam deportare,  
& pleno senatui, qui tum eummo-  
dum coaveniebat, rem totam de-  
narrare. Nec tardum habuit mo-  
bito iste (quisquis fuit) Nicolaum,  
curiam accedit, & Patribus sannia  
sua, & quid, sive portendissent, sive  
præsticissent, intrépidâ oratione  
exponit.

Somnia sunt, & somnia demen-  
tis inclamant; hoc vno besti, quod  
non amplius impiè, sed pīc delireat  
Nicolaus. Postquam vero præpo-  
fites hæc sapientia detinunt; fue-  
re, quos ordo loquendi tangebat;  
nonnulli, qui misiora sentirent.  
Aiebant hi, se à maioribus certa  
fide accepisse, iam olim ad hanc la-  
magem æris campani sonum sa-  
erum auditum fuisse, qui utique,  
si quidē esset maioribus fides, tem-  
plum portendisset olim hic loci

B. ; Dei.

Deiparae exstremum. Ita discessum est. Nicolaus relicta candela in curia domum proficisciuit: quæ in senatu audisset de artis campani fono olim auditio, quæque ipse vidisset, audissetque in somnis, denique quæ coram senatu dixisset, passim omnibus narrat. Ita cessaret hic et senatus, populus tam ad vota, & preces conversas fecit, ut ex aeneo quod divites plebis primo concurso congescerant, brevi facillum staret e ligno, quod imaginem sacram, & appensa manu defenseret. At illo ipso anno 1504 tantum piè contulit Franconia, ut breviter plumbum novum & amplium staret. Nam Deipara Dettingensis ob miracula integrum seculo patrata eo loco est, ut etiam confinibus Franconiz, & longius positis pretiosa sit,

Hisse.

*Historiam scripsit Joannes Thritheus  
Abbas Spanheimensis, Vir de-  
Etius & religiosus. Miracula plures alij.  
ad modum imaginem misit R. P. Bartho-  
lomaeus Steinson, Rector Collegij.*

*Ergo.*



## XVII.

IMAGO B. V. MIRACULOSA  
WEYERENSIS.

**A** Ndeensium Bavariae Comitum Ducalis Prosternia multos Ecclesie Divos dedit, quorum aliquos Summi Pontifices in album Cælitum situ consueto retulerunt. Hos inter fuit Otho successionis ordine octavus Bambergensis Praeful. Is ebi suosibi ita constare videt, ut absentiam Praefulit nullo fidei morumque periculo tantisper sustinere possent, ardore fidei, & & Apostolico spiritu Pomeraniam ingressus est, illacurus genti, idolis etiamnum subiecta, fidem, & cum fide Christianos mores. Factum hoc est tantum cum Othonis gloria, ut, licet patratis passim miraculis illustris esset, Apostoli tamen tunc longè factus sit illustrior. Bis o-

mai.





anno Pomeraniam ingressus est. his magnos in fide propagandā progressus fecit, videlicet arduum opus esse, & Apostolis, id est, primis predicatoribus, nunquam non difficile, fructum labori parem producere.

Multum ad hoc contulit, quod parenes Orthodoxi à prima infan- tiā dicassent Deiparæ, atque ipse per se plus Mariz, quam Matri de- votus à puerū extitisset. Præcate- ris tamen Virgini gratum fuit vo- tum, quod in confinibus Fran- cia Virgini fecit, se sacraū adēm, quæ tunc ibi commodū funda- mēta acceperat, Deiparæ dedica- turum, si audiretur à Pomeranis, fidemque auditores susciperent. Non ita multò pōst populum ultra spem expertis morigerum, & in fa- dem prouum, ad suos intermutua gaudia redux, templum, quod inten-

rea ultimam manum acceperebat, eâ  
pompâ, quam illa forebant tempe-  
ra, Virginis dedicavit.

Atque hoc pridem Weyerensis  
Virginiae miraculum haberi potest,  
quando non sine miraculo conti-  
git, gentem barbaram ab idolis ad  
veram fidem transire, sine sanguine  
sui Apostoli.

Exinde iam Weyerense tem-  
plum tot iam seculis nunquam non  
magis populorum accusibus ce-  
lebratum est. Enmiraculis quæ R.  
D. Fridericus Forsterus Episcopus  
Hebronensis, & Bambergensis Suff-  
raganeus, magno numero con-  
scripsit, & edidit, duo affecto; pri-  
mum esto.

Puer parvulus, penè infans, læ-  
thali oppressus morbo teradextre-  
ma devenit; animam egit, &c., si pa-  
centibus credimus, termortuus est.  
Ter quoque parentes, voto aurei

nummi facto, Weyerensem Deiparam invocârunt, semper felici successu, nisi quod nec primo, nec secundo ad vitam redditu perfecta redierit valētudo, quæ tandem ex certiā morte. cùm parentes tertiam nummum vorvissent, ex integrō est restituta.

Alterum prodigium Iavensis fuit, qui post plura stipendia sub Carolo V. in Vngaria à Turcis, dum incautius pugnatet, captus est, & Belgradum ductus, inter vincula, & compedes tristissimâ expectatione servitus. Primum statim nocte marcebat: quam eousque præcibus ad Divam Weyerensem (nam illis è terris fuit) eotius ampliè, dum contentionem preceandi fecerat, & vinculorum pondere degravatus sponte in terram prolaberetur in necessariā quietē. Interea Virgo pro eo pluſ, quam ipse sciret, sollicita mandavit Angelis

gelis suis, ut in manibus eum portarent, ne forte offenderet ad lapidem pedem suam. Illi ad ducentum, Reginæ suæ promptissimi hominē suavissimè sepitū Belgrado Weyrach vīgas suas sensu deportant, & ad Altaris summi gradus deponunt viaticum, ut erat. Tempus erat, quo ædificiūs erat, populo facere copiam templi. Is viso hospite, fure satus, facturus officium suum erat, quod exhiberi furibus solet. At vero ubi è somno excitatum viaticūque vidit, non æditius magis furem viaticum, quam in ædituum stupuit. Diu tuncque in alterius vultu hæsit; neque ædificia capere satis potuit. quæ miles inter lachrimas, & siagultus referebat. Inter hæc plurimorū in oculis (nam interea populus convenierat) rumpuntur vi latente vincula; defixis admiratione omnium an-

animis res penè incredibilis exponitur. Nemini dubium fuit, quia Deiparæ hoc beneficium debet miles, quando nemo erat, qui ferrum, quod manus, collum, pedesque constringebat, absque fabrilibus instrumentis rumpere posset. Itaque rupea divinitus vincula argumento fuere, vera quoque esse, quæ de Belgradensi carcere Iuvenis memorabat.

*Imaginem ad me misse, & de templo  
Weyerensi plura ad me scripsit R. P.  
Bartholom. Steinson, R. Collegij Egrani.*



BEL.

## XVII.

IMAGO B. V. MIRACULOSA  
CONSOL. AFFLICT.  
BAMBERG. SOC. JESV.

**Q**uo tempore in fide Catholica  
Widderna urbs binis Wimp-  
pâ Imperiali leucis distans stabat,  
amorem venerationemque præter-  
alias pietatis exercitationes in Ma-  
riam Virginem singularem alebat.  
Accepta fuisse Carlo gentis in Deo-  
parâ studia, miracula declararunt.  
Vnus è vicinis montibus frequen-  
tiâ viatorum terebatur; seu quodd cō-  
pendia eo tramite quererentur iti-  
neris, seu quodd clementiorē viam  
loci natura negaret. Cumque in-  
ascensu nulla cuiquam fatigatio,  
aut torpor obreperet, quin & one-  
re se leuari sentirent bajuli, admi-  
ratio, ac stupor aliquamdiu homi-  
nes tenuit, nullâ animis succurren-





te / causâ cui rem tam prodigiosam  
contra naturæ leges adscriberent.  
Habet hoc omnis navitas, ut vehe-  
menti quadam vi ad se trahat, sa-  
piatque mortalium animos; quip-  
pe quibus innocens est sciendi appe-  
tus. Verum ubi impetus defer-  
buit, capiturque velut è tenebris  
promicare latens ratio, aut certè  
nuda experientia abire in consue-  
tudinem; tunc nimis existima-  
tionem paulatim vilesse et admirati-  
onemque in contemptu quen-  
dam verti videoas. Widdernensibus  
sic evenit, apud quos ascensus ille  
montis miraculo facilis, omnem  
fere lapsu temporis miraculi opi-  
nionem amisit. Aduertere subi-  
de qui locū accolebant, solum na-  
turā fecundum, Scultura diligens  
accederet, proventus vini vberes  
polliceri. Igitur admodum operima-  
nus, monsq; à vepribus expurgari  
captus,

peus. Locus erat ipso in vertice dumis etiamnum horridus, ac nullo subactus ligone, ad quem quod propius follores accederent, eodem recreari magis viribusq; refici sibi videbantur. Primum ergo ea de sermonem, ut sic inter se misceretur curiosissimis oculos circumferre incipiunt: demum spinas inter asperentes imaginem conspicuunt. B. V. Puerum IESVM inter brachia complectentis, mole ex alabastro haud grandi, nullo alio quam sentium, spinarumque tectam vellamine. Quis hic eis religionis intentus ardor, quem ex dulcissimo imaginis aspectu oborta sit latitudo, nec ipsi opinor satis dicerent, si adessent; neque nos exprimere calamo possumus. Certe potentissima est ad commovendas mentes religio; quippe Divinitatis meam, reveraciamq; secum vehens.

Neque

## CONSELII APPLECT. tex

Neque obstat, quod in profanis hominibus; sepe non religio, sed temerariz, impiaque credulitatis infecta labe suspicio sit, Impreces, ac vota solutos, pro se quemque supplici animi affectu veracum esse Virginem, nullum mihi dubium reliquus; exinde ad Magistratum res, ut decuit, tota declata, cum ac plebem omnem ad spectandum excivit. Sublatum illico de terrâ simulacrum manibus Sacerdotes reverenter excipiunt, inferuntque civitati, ac demum, parte templi veteris, dum nouum, omnium iam votis atque animis destinatum consurgat, honestissime locant.

Electus primum in templi fundamentum vertex ipse montis, in quo reperta Imago fuerat. Verum cum is altior esset, quam ut comodè à supplicantibus adiri posset;

set; visum est in adiabente è regio-  
ne planicie edificium moliri. Iam  
dimetiendis spatijs architecti, iam  
cædendæ comportandæq; materie  
fabri operam navabant: alij saxa e-  
tuere, calcem restinguere, alij ce-  
perant, illi jaciendis fundamentis.  
certam ègetore, isti egestam ave-  
bant; verbo, omnia tate circum-  
toca strupitu ac murum con-  
currentium resoundere: cum no-  
nunc, sed priorem struendæ edifici-  
cum Virginem designasse, novo  
prodigio monstratum est.

Noctu quiete necessaria reficie-  
bantur operæ, & ecce trans fluvium  
in jugum montis vñ humana mag-  
jore omnis fere, quæ ad manum  
erat, materia transfertur. Stupe-  
facti insolentiâ rei fabri, simulque  
experimentum prodigijs sumpturi  
lignis, quæ restabant, per noctem  
incumbunt. Ridant, quæ narran-  
mus,

mus, incredulitatis alumni operum  
Dei admirabilem subsanatores,  
non nos eorum terret dicacitas,  
humano ingenio Dei metuī potes-  
tiam, & stultum, & impium eensi-  
mus. Ipse ergo fabri eum lignis in-  
verticem mortis, in quem etiama  
iam materia evolaverat, per quie-  
sem rapti fuit: quo factum, vi per-  
suasi eorum tam mirabilem even-  
tu Magistratus, templum sine mor-  
sa jugo montis imponerent, in eō  
que piè imaginem collocarent, in  
quoddam velutigenis fusa stylum,  
communéque vicinarū civitatum  
præsidium. Patuit confestim, quā  
mente sedem sibi Virgo apud Widz-  
dernenses delegisset. Etenim que-  
madmodū aperto fonte, qui igno-  
tus agricolis stagnantes diu intra-  
cavernam vndas coērcuit, uberes  
ac limpidi in prata rivi defloune-  
que ex faturata & stuans, hian-

que

que calore tellus copiosa mox ger-  
mine luxurians; ita in homines Ma-  
tis statim se bonitas diffudit. Pūl-  
sa ab humanis corporibus maligna  
febres, tentat tabe in mortem ver-  
gentibus fabns, sp̄esque vitæ reddi-  
ta, debilitas membrorum vigor,  
animo anxijs quies, atque tran-  
quillitas donata. Verbo, secundam  
pijissima Virgo se prebuit miseri-  
cordie Matrem.

Iavafit inter hæc Widdernensem  
agrum seva Iues, Hæresis scilicet,  
animis magis, quam corporibus  
noxia. Itaque quod multis alijs in  
Germaniâ urbibus, hoc & Widdern-  
ae accidit, ut iam non gradu, sed  
præcipiti cursu à virtute desci-  
sceret, transiretque ad vitia hæ-  
resis labe semel infecta. Negare &  
tunc caput liberalē manum ho-  
minibus, fidem negantibus Deipa-  
ra Virgo, certissime documento,  
stare,

Itare non posse favorem cali, ubi  
 religio collabascit. Stetit ergo  
 longo deinceps tempore nullo cul-  
 tu, nulloque spendor e conspicuum  
 Virginis templum: stetit & curre-  
 ribus destituta statua, aut aolenti-  
